



UVL BHSG SC 12615_1

Biblioteca de Santa Cruz

Estante

13

Tabla

4

Número

12615

12.615

AVGVSTINI NIPHI ME
DICES PHILOSOPHI
Suessani De Armorum Literarūq;
Comparatione Comētariolus.
Ad Andreā Carafam San-
cte Seuerinēsum Prin-
cipē Illustrissimū.

EIVSDEM DE INIMI-
citarū lucro. Ad Antonium Isce-
ram Virum Excellentissimum.

EIVSDEM APOLOGIA
Socratis & Aristotelis. Ad Ludo-
vicū Canosam Veroriensem Epi-
scopum Baiocensem Virum Ma-
gnificum.

DE ARM. LIT. COMP.
AVGVSTINI NIPHI MEDICES
SVESSANI DE ARMORVM: LI-
TERARVMQVE COMPARATIO-
NE COMENTARIOLVS . AD
ANDREAM CARAFAM
SANCTESEVERINEN
SIVM PRINCIPEM
MAGNANI-
M V M .



AGNA INTER MOR-
tales & quidem diu Andrea Illu-
strissime Digladiatio fuit . Arma
ne an Literæ: præferendæ sint : &
pro literis quidem rationes sunt
non faciles : quibus literati viri se
Militibus præferunt . Milites ve-
ro: atq; armati contra ui: atq; rationibus se literatis præ-
ponūt . Exflagitas igitur (ut in tan graui certamine de-
finiam) quidue iuris sit decernam : perpetuūq; silentiū
(si fieri potest) imponam: arbitrans iustiorem Iudicem
reperari posse neminem: cum Armorum nō minus q; Li-
terarum studiosus semper præco fuerim . Verum (cū
auctore Aristote.) absentem neminem condennare li-
ceat pro Literarū primo: deinde pro Armorum parte ra-
tiones inducemus : quibus auditis (venia prius impe-
trata) decretum nostrum afferemus . Vale.

DE ARM. LIT. COMP. .ii
CLITERAS ARMIS PRAEFEREN
das esse: q̄ inter animi bona enumerentur.

Capit. 1.



VM PLVRA SINT: QVI
bus sapientes Viri Literas Armis
preposuerint: eo primo potissimum
præferendas arbitrantur: q̄ Lite-
re inter animi bona ab Aristotile
& Platone enumerentur. Arma ve-
ro: si pro corporis uiribus roboreq;
intelligantur: inter bona corporis: si pro instrumentis
rei militaris: atq; re ipsa militari inter fortunæ bona. M.
Tullius reponit in ea Oratione: quam de Gn. Pompeio
habuit. Cæteriq; Auctores nō modo Arma: uerum etiā
rem Militarem uniuersam sub fortunæ Imperio consti-
tuendam esse affirmant: ut Lucanus. Lucius florus. Q.
Curcius. Suetonius Tranquillus: Cæsar quoq;: qui Pa-
riter & Miles strenuissimus: & Literis eminētissimus
fuit. Idem aperto ore & asserit: & se cuncta pro fortunæ
fauore peregisse demonstrat. At constat tanto animi
bona præferenda esse fortunæ atq; corporis bonis: quā
to animus corpori atq; fortunæ antistat. Literas uero
fortunæ nequaq; sub esse Testatur Aristoteles summus
naturæ interpres eo libro: quem de bona fortuna inscri-
psit: cum ait Minus fortunæ cerni: ubi intellectus pluri-
mum habetur: ubi autem contra plurimum intellectus
spectamus: ibi fortunæ nihil aut parum cerni. Que
ratio docet Literas Armis præferendas esse: q̄ Mi-
nus sub fortunæ Imperio sint. Tantoque Arma excel-
lere quanto animus fortune præfertur: atq; antecedit.

A ii

DE ARM. LIT. COMP.

¶ Präferendas esse Líteras Armis : q̄ Arma abducant
ab iis : quę hominibus maxime propria sunt.

DE INDE Hominū maxime propria : quibus
Cæteris Animalibus prestāt : quo sunt. Amicitia
uidelicet : quam . M. T. Libro de Amicitia Cæteris virtu-
tibus anteponit. Atq; summi boni cōtemplatio : ac frui-
tio qua homo redditur quasi Deus (ut Themistius in-
quit) Est amicitia homini maxime propria : eo q̄ homo
Animal sit natura Ciuale : atq; Sociabile (ut Aristoteles
scribit in Politicis) est homini etiā maxime propria sum-
mi boni contemplatio : ac fruītio (ut Ethicorum . x . Ari-
stoteles etiam probat) At Arma Amicitiam elidūt : quę
hominis ad hominem mutua beniuolentia est : bellū atq;
furorem ministrant : quę hominis ad hominē rexe : atq;
dissidia sunt : a contemplatione summiq; boni fruītione
auocant. At Literæ contra inter homines amicitiam cō-
ciliant : atq; fouent : ad summi etiam boni contemplatio-
nem atq; fruītione media parāt : digitūq; (ut M. T. in
quit Libro . iiiii . Tusculanarum) intendūt. Arma igitur
itaq; non solum Litteris posthabenda sunt : sed pēnitus
e medio auferenda : q̄ ab his auertant : quę hominis ma-
xime propria sunt .

¶ Präferendas esse Armis Literas : q̄ hortentur ad vir-
tutes : quę sunt animi bona. Arma uero ad id : quod ho-
minibus terribilissimum : & neq; utile est.

DEincepts Arma hortantur ad id : quod homini ipsi
nihil utile est : sed omnium maxime terribile. Im-

mo ad id: quod nec sibi bonum est; nec malum: hoc est ad mortem; que^tut Aristoteles. iii. Ethicorum inquit) est omniū maxime terribile; & pessimum: q̄ homo per mortem; & nature; & fortunæ; & animi bona ammictat: quandoquidem (ut inquit) mortuis: nihil inest: neq̄ bo- ni; neq̄ mali. At Litere monēt ad uirtutes: quae sunt ani mi bona: ex eisq̄ bene; beateq̄ uiuere docemur. Quo sit (ut nec inter humana bona arma enumeranda sint.)

Literas anteferendas esse Armis q̄ ipsas omnes uir- tutes comitantur: potissimum Iustitia. Arma uero: aut nulla: aut sola fortitudo: quæ est iustitiae pedissequa.

Post hæc. Arma aut nulla: aut ea sola comita- tur uirtus: quæ fortitudo dicitur. At Literas (ut Auerroes. Themistius: & Alexander Aphrodisius in Auscultationum naturaliū proemiiis demonstrant) Virtutes omnes comitantur: potissimum Iustitia: quæ est omnium uirtutum præcla- rissima: ut neq̄ Hesperus: neq̄ Lucifer (ut Libro Ethicoruū quinto Aristoteles tradit) ita admirabilis sit. Hu ius uero pedissequa fortitudo est: nam si omnes (ut ter- tio Topicorum scribit Aristoteles) Iusti essemus: fru- stra esset fortitudo.

Literas præponendas esse Armis; q̄ Scientię Diūs at- tribuantur. Arma uero nequaq̄.

Maxime autē rei huius testes sunt Diū: qui (ut Aristoteles inquit decimo Ethicorum) bea- tissimi sunt: & tamen nec propter Arma: nec

DE ARM. LIT. COMP.

propter fortitudinem; non enim inquit Formidolosae
res substinent; aut pericula; sunt autem beati; ac pro-
fecti; quia se ipsos cognoscunt; atque contemplantur: un-
de Aristoteles septimo Politicoru proponens contem-
plationem cunctis bonis; confessum sibi hoc esse tradit
Teste Deo; qui felix est; atque beatus: non propter ali-
quod externorum; sed propter se ipsum: quia talis
est secundum naturam; hoc est cognitio; & contem-
platoria uita. xii. etiam Lib. Metaphysice; cocludit Deu
beatissimum esse: quoniam semper speculator optimus: ut
est ipsemet Deus. Nos autem dicit beatos esse quandoque;
quoniam non semper Deum contemplamur. Praferuntur
igitur scientiaz armis: quod per ipsas beatissimi atque deo per si-
miles aliquando efficiamur.

CLITERAS ARMIS PRAEFERENDAS ESSE: QUOD ARMIS
PRACTICANT.

In super Literarum excellentiam Imperium
ipsum declarat: quippe cum armis praecipiatis:
ceu leges: quibus literati Viri: consultique Phi-
losophi Militibus imperitant iubent enim: &
quid agendum: & quo ordine (ut Plato inquit primo
de Legibus) uiuere debeant. At iubens: iis semper pra-
stat (ut Aristoteles inquit Libro Methaphysice primo)
quibus imperiat.

CLITERAS ARMIS ANTEPO-
nendas esse quod Militaris facultas longe magis
pro Victoria assequanda pro fuerit quam Arma.

ADhæc Arma si Literis præstent : hoc nulla alia ratiōe esse uidetur; nisi propter uictorie gloriam : atq; honores ; quos uictoribus (ut Aristoteles inquit. iii. Ethicorum) res publi- cæ in perennem famam ordinarunt. At constat arma rudia esse : admodūq; ferina (ut Plato inquit primo de Legib; nisi exercituū dices Militarem ipsam facul- tam procalluerint: Militesq; erudití atq; bene insitu ti fuerint. Non enim poterunt uictoriā consequi Mi- lites: qui artem Militarem ignorauerint: quippe cum nō multitudine imperita res magnæ gerantur: sed in pau- corū prudētia uictoria sita sit: nam imperita multitudo (ut Plato inquit) ad fugam prontior est: q; ad uictoriā.

CLiteras prestare Armis q; sobrietate inualeſcant, Ar- ma uero Temulentia.

ACcedit ad hæc (ut eodem libro Plato affir- mat) q; Timoris pharmacon Vinum igno- rantię uero sobrietas sit. Litere itaq; cum so- brietate inualeſcant: longę præstabiliores ui- dentur armis: que Vino: Temulentiaq; fouentur.

CLiteras armis præstabiliores esse: q; per literas Ho- mo Diis prosimilis. Amicus: atq; affinis sit; & q; ab ignaro differat: ut uerus a picto.

AMplius nulla re homo Diis immortalibus (ut Lib. Ethicoru. x. tradit Aristoteles: ac Politi cor. vii.) tam similis; tam amicus; tam affinis

DE ARM. LIT. COMP.

esse uidetur: q̄ literis Scientiasq;: unde & ab indocto peritum non aliter differre q̄ uerum hominem a marmoreo; pictoq; asserit: quod uerum esse Alexander. Themistius & Auerroes Illico crediderunt; afferentes ignaros homines equiuoce dici homines: unde. M. Tullius de laudibus Rhetoricæ loquēs inquit: quam ob rem ac mihi quidem uidetur homines cum multis rebus humiliores & infirmiores sint: hac re bestiis præstant q̄ eloqui possint. Quare (ut inquit) præclarum mihi quidem uidetur adeptus is: qui qua re homines bestiis præstāt: ea in re hominibus ipsis antecellat: quę ratio docet arma dicendi facultati postponenda a nobis esse: quanto magis sciendarum rerum studiis: quę tanto dicendi facultatis p̄ferenda uidetur: quāto dictis res ipsæ p̄stant.

Postponenda esse Arma Literis: q̄ per ea homines sint belluis per similes.

Post hæc: homo per Arma non nisi belluis similimus esse uidetur. Pugnat si quidem animalia suis armis. Alia quidem cornibus. Alia dētibus. Alia unguibus; rostris alia; & cætera id genus aliis. Nec per huiusmodi homines belluis præferuntur; sed q̄ disciplinæ atq; scientiæ capaces.

Literas Armis præstabiliores esse q̄ Armis nulla insit præstantia; nisi quam literæ ipsis tribuerint.

DEinde quę nam armis præstantia; quę ue dignitas; quisue honor inesset; dic quęso: extra illum: quem exhibent literarum monumenta non enim essent Cæsares: nec Camilli: nec Scipiones:

DE ARM. LIT: COMP. v

nec Scipiones: nec Fabritii: nec Alexan: nec Achilles:
nec Aiaces: nec Heroes suis titulis eniterent: nisi essent
Liuui Marones. Homer: cæterique viri: qui monimentis
Literarum Virorum gesta: ac facinora Memoriae peren-
ti tradiderunt. Qd si nullam aliam dignitatem arma
consecuntur: nisi quam ipsis Literarum monumenta tri-
buerint: sic ut Literæ Armis præferendæ sint: q sibi &
Armis honorem ac dignitatem afferant.

CArma postponenda esse Literis: q peruerterint
Auream ætatem: ac libidinosa sint.

Illud etiam non erit silentio prætereundum:
Arma ætatem ipsam Auream ac pudicam per-
vertisse. Ante Ninum enim qui primus armis
Auream ætatem uiciauit: non erat Arma. Erat
autem eo tempore florens Pudicitia: ac Cut Iuuinalis in-
quit summus pudor. Inter Homines quoq; mutua ac
indissolubilis admodum benivolentia: pax inter morta-
les: non erant iniuriæ: quas Arma ministrant: non incen-
dia: non rapinæ: quibus propter arma Vniuersus Mun-
dus conflictatur. At litere nullam unq; ætatem depra-
uasse uisæ sunt. Immo maximo ornamento seculis sem-
per extiterūt quid signo nobis est. Barbaros dicit: qui Li-
terarum rudes sunt. Suntq; Cut Armorū Pharmacon
atq; Antidotum. Nisi enim literæ essent: quæ Militibus
frenum imponunt. Vniuersus Mūdus Militum Teme-
ritate perturbaretur. Confirmat rem hāc disertissimus
Salustius: cum dicit Arma exorta esse a dominandi libi-
dine: qua & Cyrus in Asia: in Græcia Lacedæmonii: in
Peloponeso Athenienses regnarunt.

DE ARM. LIT. COMP.

CLiteras præferendas esse Armis q̄ sint uigor intellectus. Arma uero Vires corporis.

PRæterea intellectu uigentes (ut Aristoteles inquit Politicorum Primo) naturaliter Domini sunt. Corpore uero robusti, natura liter Serui. Vigor autem intellectus Literæ & Scientiæ sunt: corporis autem Vires. Arma. Literæ ergo Armis præferendæ sunt: quo intellectus corpori præstat: atq; antefertur; modo quo Dominus Seruo.

CLiteras esse anteponendas Armis q̄ Militaris disciplina in Ciuilem ordinetur; ut in finem.

Pría pte
q̄oe pría
articulo
Prío &
quarto.



Nde Thomas Doctor ille Sanctissimus bonum exercitus in bonum Ciuitatis ordinari afferit: & Militaris; ergo in Ciuilem; erit itaq; Ciuilis præstabilior Armis. Militariq; disciplina ceu finis iis: quæ sunt in finem. Iis itaq; Argumentis creditum est a Vulgo: necnon & a plurimis Literarum eruditis Literas Armis præferendas. Verum anteq; quæsti Veritas dilucescat, Torquendum est Problema Argumentis militum.

CArma præferenda esse Literis: q̄ ipsa sint perse ut bene uiuamus. Literæ uero perse nec; ut bene uiuamus; nec boni fiamus.



Vorum Primum: & quidem meo Iudicio uastissimum: est: q̄ per Arma fortitudinem comparemus. Magnanimitatem nanciscamur; atq; legitimam Iusticiam C quæ inte-

gra ac tota uirtus est) Tueamur : atq; & fortis & magna
nimi opera expleamus ; & Iusticiam legitimā custo-
diamus . Est autem fortitudo regia uirtus : qua uideli-
cet Cæsares uniuerso Terrarum Orbi imperitatūt . Est
& Cardinalis tum q; in ea tanq; in Cardine omnis huma-
na conuersatio non aliter uoluatur : q; Cœlum circa uer-
tices . Tum etiam q; ea nobis inexistentē : studiosi atq;
officiosi diceremur : etiam si nulla alia inesset nobis uir-
tus . Magnanimitas etiam uirtus regia est : quoniam
(ut Aristoteles scribit in Primo Rheticorum) est
magnorum beneficiorum effectua . Magna autem fa-
cere Regium est . ¶ Præterea Magnanimus talis est : ut
beneficia conferat : pudeatq; ipsum suscipere beneficia .
Hoc autem regium esse nemo dubitat : cum illud supe-
rioris : hoc autē inferioris sit . Adhæc magnanimi uide-
tur id esse : quod est in unaquaq; uirtute magnum . Non
enim (ut Aristoteles inquit) Magnanimus Magno ho-
nore dignus esset : nisi actum : qui in unaquaq; uirtute
magnus est : operaretur . Et propter hanc causam Ma-
gnanimitas longe magna regia uirtus : esse uidetur for-
titudine : quoniam si fortitudo regia uirtus est : quia for-
tis honesti causa pericula adit . Magnanimitas erit lon-
ge magis regia : quoniam Magnanimus honesti causa
longe Maiora pericula adibit . Patet igitur ex hisce
Arma facultates esse : quibus tum fortitudo : tum Ma-
gnanimitas acquiritur . Insuper facultates esse : quibus
Homines studiosi & fortitudinis : & magnanimitatis
opera emoliuntur . Gratia enim horum Arma perse in-
stituta sunt : & horum gratia a Primiis Hominum regi-
bus inuenta . Quod uero Armis Iustitia legitima : quæ

DE ARM. LIT. COMP.

tota uirtus est : custodiatur (Testatur Aristo . quinto Aetchorum) ubi Principem . Magistratumq; ipsum Iusti & equi ab hominibus (ut Custodem factum esse tradit) patet autem legitimam Iustitiam Custodiri non posse : nisi ui Armorum ii compellantur (ut Aristoteles inquit Quinto Politicorum) qui uolunt eam perire . Vnde Primo Rheticorū inquit : & propter hoc Iustos : & fortis maxime laudant : cum alii in bello (ut fortis) Alii in pace : ut iusti : utiles hominibus sint . Vnde Alexan. patri ait homerum duas regias uirtutes ponere fortitudinem : & Iustitiam : quare si Armis Iustitia custoditur : etiam Armis omnis uirtus defenditur ; quippe cum (ut Aristoteles inquit) Iustitia legitima sit tota uirtus integra . Quare qui se exponit mortis periculis pro Iustitiae defensione , Is & fortis : & Magnanimus : & Iustus esse uidetur : & si Iustus : omni uirtute clarus est habendus : cum Iustitia legitima a tota uirtute nullo alio differat ; nisi : quia præcipit : hæc agit . Illa prohibet inhonesta : hæc facit studiosa . Qd' si ita fuerit . Arma præferenda esse Literis : nemo dubitare debet : quippe cum ex Literis nulla prorsus perse uirtus oriatur : nullaque per eas uirtutis opera edantur : nisi (ut Peripatetici dicunt) per accidens . Non enim Scientia de uirtutibus uirtus est : ut Socrates putauit : cu m possint alicui Literæ : & quidem uberrimæ inesse : quibus uirtus nulla prorsus inerit : ut Auerroes uerum esse affirmat de Literatis sui temporis . Accedit q; Literæ Scientiæ atq; Disciplinæ non (ut bene uiuamus inuentæ fuerint) sed aut ut oblectemur (ut M. Tullius de contemplatoria Philosophia ait) aut (ut intelligamus quid

rectum sit in actionibus) quid ue in mortali Vita bonū. Possimus autē quid bene uiuere sit intelligere : quidue Virtus; & nec studiose uiuendo (ut Aristoteles inquit Primo Ethicorum) nec bene . Castus enim & Temperans quid libido sit : nouit libidinose tamen non uiuit. Magnanimus quoq; quid Pusillanimitas: sed pusillanimitas non uiuit . Cum igitur Literæ perse non sint : ut bene uiuamus . Arma uero perse : atq; principaliter: ut bene uiuamus . Iure Arma sine contiouersia Literis præferenda sunt.

CArma præferenda esse Literis : q; Theoreticis Scientiis sine Contiouersia præferantur .

Adhæc Arma Theoreticis Scientiis hoc est contéplatoriis facultatibus præferenda esse: nemo dubitat : quandoquidem contemplatorię facultates (ut Plato scribit in Gorgia de Philosophia) cum nimia fuerint: hominum sunt corruptela. Aristoteles quoq; Sexto Politicorū Libro Philosophos contemplatiuos inter Ciuitatis partes nō enumerat. Arma igitur sine contiouersia Theoreticis Scientiis præferenda sunt . Sed Theoreticæ facultates præsunt: practicis (ut Aristoteles tradit Proemio Metaphysicæ) quare fit: ut Arma & Literis: & cunctis Scientiis prætent.

CQuod Arma præsint Literis Deo teste probatur.

AStipulatur autem Armorum excellentiæ Deus ipse : qui & si pariter potens : & sciens sit : non ca-

DE ARM. LIT. COMP.

men quo Sciens : sed quo potens est principaliter Orbí imperit. Non enim Dominus est: atq; re Mundi Rex: nisi quo rerum causa est. Est autem rerum causa: principaliter : quo potens . Vnde quemadmodum Mundí Reges Potentiis Imperant. Viribusq; præcipue domi nantur . Sapientia uero gubernant : ita Deus Scientia prouidet : potentia facit: ac regnat. Adhæc uoluntas in tellectu dirigitur : libera Potentia : qua libere potest: facit. Quare cum in omni Principe maior ad Imperan dum potentia q; Scientia sit . Arma quæ sunt Hominis potentia Literis sine controuersia anteponēda sunt: quæ sunt Hominis Sciētia: qd' Illico crediderūt Peripatetici: & qui Mundum Deum efficere principaliter ob suam potentiam ferunt: non autem ob suam Scientiam: face re enim Deum dicunt omnia: nō autem cognoscere omnia : sed seipsum duntaxat Auerroes affirmat Libro Metaphysicæ. xii. Vnde & Aristoteles Physicorum Li bro Secundo principaliorē causam eam esse asserit: quæ facit: non eam : quæ consultat. At cum Literæ mo neant : consultantq;. Arma faciant . Arma nimirum Literis præferenda sunt.

Arma præferenda esse Literis q; a rebus agendis studiis non abducant. Literæ uero ab actionibus: cū nimis Magnæ fuerint: atq; a rebus agendis auocét. Vod autē Arma Literis præstent. Argumēto nobis est: q; nimis Magnum Literarū studiū ab actionibus : atq; a rebus agendis : auocat. Arma uero nequaq;: quinimo ad agendū m agis cōmoueant: ac disponant . Rem hanc testatur ipse

DE ARM. LIT. COMP. viii
tinet. M. Tullius: qui oppositæ partis fautor Maximus
existens; ita inquit: quæ omnes Artes in ueri Inuestiga-
tione uersantur: cuius studio a rebus agendis abduci
contra officium est; & reliqua. Vnde Sophocles Tra-
gediarum auctor Celeberrimus: cum propter studium
rem familiarem negligere uideretur: a filiis in Iudicium
uocatus: est. Armorum uero studium cum nimis Ma-
gnum fuerit: non modo ab actionibus: rebusq; agendis
non auocat: sed facilem efficit: prontumq; ad oē genus
facinoris habile reddit: unde Scipio (ut Amasus inqt)
ob Armorū studium nimis Magnum: in audiendo beni-
gnus: in respondendo facundus: in conciliandis Homi-
nibus egregius Artifex euasit. Cæsar uero pp Armorū
studiū: quo sæpe necessitates subibat: agendarū reū non
minus q; Armorū Magnū dux habitus est. Propter stu-
dia ēt Armorū nimis Magna apud oēs Anibal in agēdis
rebus: cōficiendisq; stratagematibus Illustris habet.

Literas. quæ ad beatitudinem parant: præponen-
das esse Armis hic disputatur.

SI hinc inde disputationis: ad opiniones sapiētū
accedendū est. Nā his refutatis: nostra senten-
tia dilucidius cōcedet'. Alexā. itaq; Themist.
Theophr. Simplicius & Auer. Literis uideli-
cet intellectū nostrū p̄ficiētibus: disponētibusq; ad In-
tuitionā Dei cognitionem in hac uita mortali nos posse
puenire pbarūt: quoꝝ opiniones iis Libris scripsimus:
quos in naturali Philosophia cōfecimus. Hi. n. sunt: qui
crediderūt. In hac uita mortali hominem beatū fieri posse:
& ppter hanc cām Literas non mō Armis prætulerūt:

DE ARM. LIT. COMP.

uerum etiam Arma tanq; a beatitudinē cōsecutione ab-
ducentia omnino contemperunt. Quod autem ab hu-
ijsmodi Dei intuitu Arma & abducant: & auocent. Te-
stis est Aristoteles qui Septimo Physicarū auscultatio-
num Libro tradit animam fieri sapientem in requiescen-
do: atqui in Armis uersatur: semper in motu Turbu-
lentiāq; torquetur. Sed pace tantorum Vīrorū dī-
xerim Axioma: quod supponunt: falsum est. Nam
in hac mortali vita nihil est: quo Animus adeo rapia-
tur: ut intuitive: clareq; ac perspicue Deum cernamus.
Quandoquidem & animus: & Literæ omnes: & quæ
sunt: & esse possunt: ab illa diunia: infinitaq; luce per
infinitum intersunt. Quare: ut pie Sanctissimi Docto-
res tradunt: nisi ab ipso Deo infiniti quidpiam nobis
infundatur: quo supra humanum captum attollamur:
infinitam Dei lucem in hac mortali Vita cernere nunq;
poterimus. Non enim Diuinam ac inmensam illam lu-
cem aliter ut Hermes Trismegistus inquit. In piman-
dro cernere nos poterimus. Ille legū religionumq; om-
nium Maximus deprauator Auerroes Deum intuitiue
uidere diu expectauit: qui cum Deum uidisset nunq;
in profundas tenebras demersus est.

¶ Quæ M. Tullius sentiat: quidue Iuris doctores
arbitrati fuerint de proposito a nobis Problemate
disputatur.

 Arcus Tullius uero Libro de officiis prætu-
lit Togam hoc est Literas: que Civilis Scien-
tia est: quæq; in legibus ipsis continetur.
Armis. Linguam uero: hoc est eloquentiam
laureis

laureis : quibus Victores in Triumphis Coronabatur : probauit autem hoc Primo exemplo suo. Nam ei toga to Coniuratorum Arma cesserunt. Deinde : quia Ciui lis Scientia : quae in legibus continetur : est facultas Re giae : ac publica : qua regitur Imperium : & Vniuersus Terrarum Orbis : quacq; Arma regulantur. Huius viri sententiam secuntur Iuniores legum interpretes : ut Angelus Aretinus institutionum Libro affirmat : asserunt enim si aliquis Doctor .xx. Annos facultatem aliquam publice professus fuerit : aut pluribus Comitem effici (ut dicunt) Palatinum : & propter hanc causam huiusmodi Doctorem Militi preferunt . Sin autem nullam publice facultatem professus fuerit : modo Doctor sit bonis Literis institutus : hunc etiam Militi praferendum esse censem : quandoquidem Imperatoris (ut uerbis eorum utar) Antecessor est . Sed hi boni Viri (ut mihi uidetur) nimis sibi placent : quippe cum in omni comparatione ceteris semper paribus loquendum sit . Quare si de Doctore loqui uolunt : qui Doctorum examine sit probatus : necesse est etiam : de Milite loquamur : qui priuilegio Militiae gaudeat : quiq; (ut eorum uerbis utar) Miles priuilegiatus sit . Et si de eo Doctore locuntur : qui .xx. Annos profitendo Dux est : et Comes : de Milite dicant necesse est : qui Centurio est : aut Princeps . Et si de Doctore : qui bonis Literis institutus est : & de Milite : qui non semel strenue certa uerit : intelligant : oportet . Nam si collatio huiusmodi qua inter Militem & Doctorem comparauerimus : diligenter pensetur . Militem longe magis preferendum esse comperiemus . Adhæc dicant quæso legū inter

C

DE ARM. LIT. COMP.

prætes. xx. Annos professum quis Comitem Duceat
instituet? dicetis fortasse Imperator: qui leges dedit: &
si Imperator: qua uī id fieri instituit: dicete quæso Scien-
tia ne: an Armis potentia: certum est autem id Armis
ac Potentia egisse: quandoquidem Imperatoris uolu-
tas: quæ Armis Imperat: potior est omni ratione (ut ipsi
quoq; dicunt) Quare cum Imperator Armis leges in-
sticuerit ac defendat. Miles qui Imperator est: omni do-
ctore præstantior est. ¶ Præterea qui benefacit: præfer-
tur ne ei: qui docet benefacere an non: certum autem
omnibus est eum præferendum esse: modo qui docet:
non simul doceat benefacere: & benefaciat (ut Aristoteles. ix. Ethicorum Auctor est.) At qui strenue certa-
uit honesti causa benefecit. Doctor uero: qui bene cer-
tare: ac bene Militare docuit: nec bene: nec male certa-
uit. Milites igitur: qui a certaminibus dicuntur. Do-
ctoribus præferendi sunt: qui a docendo appellantur.
Nec mirandum si legum interpres nō recte senserint:
nam ex bonarum Artium inscitia distinguere nesciunt
inter id quod perse est: & id quod est per accidēs. Arma
siquidem pro se Literis præferuntur: per Accidēs uero
ex multis postponuntur: nam si in Tyrone fuerint: iis
Literis postponuntur: quæ insunt in erudito. Si fue-
rint Imbecilla: iis Literis: quæ sunt uberrimæ. Si in
Rustico atq; humili Homine: iis Literis: quæ sunt in
Nobili. Verum Arma: non quidē quo Arma sunt: post-
ponuntur. Sed quo Armis ea Accidunt: quæ ab Armo-
rum præstantia aliquid diminuunt. At arma si Literis
& perse: & Cæteris omnibus paribus comparentur.
Arma Literis præstare nemo Recti Iudicii dubitat.

Quod autem Cicero exemplo sui probauit non urget: quoniam illud quod Consilio fecit. Inualidum fuisse si Armorum potentia non fuisset corroboratum. ¶ Præterea licet Scientia Civilis quæ in legibus habetur. Sit regia facultas ac publica Dignitas: nisi Armorum potentia esset: nulla esset: ueluti nec Platonis: aut Arist. Leges nullæ sunt: quoniam non Armis Munitæ licet sint Sanctiores: nec est Verū esse Arma ministra Scientiæ Civilis: per modum quo Seruus est Minister Domini: sed per modum quo Princeps fauet minus potenti & consiliario consulenti.

¶ Quid Petrarcha de Problemate a nobis proposto Senserit: & an fuerit ita: disputatur.

 Ranciscus uero Petrarcha Facundissimus Poeta in Triumphis Literis Arma simpliciter ac absolute prætulit: cum a Dextris Arma a Sínistris Literatos Collocauerit: quod eo nonnulli disertissimi probarunt: q̄ illa quæ ad publicū bonum spectant: iis semper præferenda sint: quæ ad priuatum: nam quemadmodum publicum bonum: ut Aristoteles & Plato dixerunt. Priuato bono præstat: ita quæ ad publicum bonum attinent: iis præstabunt: quæ ad priuatum attinent. At arma ad publicum bonum instituta esse eo constat: q̄ in Ciuite bonum ordinentur. Literæ uero in priuatum bonum: non enim in aliud bonum Literæ ordinantur: nisi in eius Hominis perfectionem: qui Literas dicit. Accidere enim Literis uidetur q̄ publico bono Seruant: quatenus Literis

DE ARM. LIT. COMP.

ipsis & uirtutes Homines docentur : & Leges interprætantur. ¶ Et licet de opinione posterius disserendum. Argumentum tamen quo mouentur Friuolum esse uidetur. Quippe cum non omne publicum dignitas sit. Siquidem & Fontes : & Sedilia : & id genus bona publica sunt : quæ tamen priuatis bonis omnibus nemo præstare asseret. Aduersarius itaq; Arma publica bona esse farebitur: non quidem Secundum Dignitatem: sed Secundum utilitatem. Quare non Secundum professionem præstantiamq; ipsam : sed Secundum utilitatē præferenda sunt. ¶ Nec uerba Aristotelis obstant; loquitur enim ipse de his : quæ & bona sunt : & alicuius pefectiones. Non autem de bonis utilibus : nam licet publicum bonum Secundum utilitatem Priuato bono in utilitate præferatur : non tamen in perfectione : ac dignitate. Secundum quam rationem & viam Aduersarii : qui Literis fauent. Arma ad bonum publicum ordinata esse dicerent ; quemadmodum Artes : & Societates Ciuiles .

¶ Quid Romaní de Problemate nobis pposito Senserint : disputatur.

Alii uero qui Sūmum bonum in Virib; atq; potentia constituerunt. Arma simpliciter absoluteq; Literis preferenda esse non dubitat. Argumēto uidelicet q; ad dominādū Arma: quo Arma sunt. Summopere conferant. Literæ uero quo Literæ sunt: nequaq;. Qd' uero Summum bonum vires sint: ac potentia. Sceptrūq; ipsum Liuius testatur cum inquit Regnum rem esse inter Deos. Hominelq;

pulcherrimā: & ob hanc cām Reges pro Terrenis Dīs
habentur: unde Theodoricus Goctor& Rex dicere sole
bat. Terrenū Deū Imperatorē esse. Hac quoq; re Cesar
si violandum Ius est. Regnī cā dicebat violandum esse.
In alpibus. n. Amicis quārentibus si illic de Principatu
seditiones essent. Respondit: mallem hic esse Primus: q
Romē Secūdus: cuius Vox uana fuisset: nisi in Viribus
potentiaq; summū Hominis bonum statuisset. Huius-
modi sententiam protulit & Polynices apud Senecam
dicēs: pro Regno uelim patriam. Penates coniugē clam
mis dare. Anaxarchus rem hanc pbauit ex eo: quia po-
tentia sibi ac aliis sufficiens est: quod felicitatis propriū
omnes esse credunt. Hippolitus uero ex eo: quia pp po-
tentia Homo homini Antistat: honoraturq; ab Homi-
nibus: felicē eē Hoīem putat. ¶ Prēterea labo&: ac vigi-
lia&. Finis in viribus: potentia collocat: quare Hominis
summū bonū in potētia Romani fere oēs collocarūt.
Qd si summum bonum vires potentia ue fuerit. Arma
(quibus Potētia Seruat: & fit) nimirum Literis præse-
renda esse autumant. Huius rei testes sunt Cēsares: qui
Armi potentes facti. Totum Mundum sibi subiecere.
Testes ēt sunt Romanī Duces: qui post exactos. xii. Cē-
sares: in Imperium succedebant: qui exercituum Duces
reperirentur. Quod apud Turcas euénit. Succedit
enim Paternum in Regnum ille: qui Cæteros Succes-
fores Armis deuastat. In Babylonie Soltanus longo-
tempore is erat: qui Cæteros Armis: ac potentia ex-
cedebat. Propter hanc causam Lacedemones (ut Se-
cundo Politorum ait Aristoteles) solam Bellicam pu-
tauerunt esse uirtutem: eo q; sola dominari faciat.

DE ARM. LIT. COMP.

Sed tantorum pace dixerim isti errant . Primo quia Literas penitus post ergarunt tanq; ad dominandum inutiles . Nam & si Literæ ad dominandū inutiles essent . Hominibus tñ quo Homines sunt : pfectiones sunt : & lumina . Deinde : quod supposuerunt : falsum est : non enim in Viribus potentiac; Sūmum Hominis bonum statuendum est : cum Regnum (ut Dion prusiensis inquit) ardua res sit : laboriosa . Curarum plena : negotiorum semper prætumida : quæ incōmoda Príncipes ipsos s̄aþe proturbant . Vnde & Seneca simul ista posuit conditor Mundi Deus odium atq; Regnū . Falsum igitur est Summum bonum in Viribus potentiac; collocari ; cum plurimum Misericordia Regnis p̄misatum sit .

CQuid de Problemate senserint : qui Salustium sectantur ; disputatur .

SVnt uero inter hos aliqui : qui quasi mediā afferunt opinionem . Volunt enim Literas Armis simpliciter : absoluteq; præferendas esse : q; omni ætate : ac omni Seculo plurimū ualuerint . Arma uero non simpliciter : sed uiciato Seculo . Ferreac; ætate : quæ sub Nino cepit . Nam postq; in Asia Cyrus : in Græcia Lacedæmonii ; in Peloponeso Athenienses Regnare cœperunt . Arma cunctis rebus anteponenda esse indicarunt . Quod in naufragiis cernimus . Quippe cum in Mari proiicere Merces simpliciter malum sit : in Tempestate tamen ac Fluctibus bonum esse uidetur . Itaq; Literæ Armis præferendæ sunt . Tum quia Hominis sunt pfectiones : quo Homo est .

Tum quia omni tempore plurimum ualent. At in vicia
to ipso Seculo Ferreaq; ætate: quæ a dominandi ipsa
libidine (ut ait Salustius) uiciari cepit. Cunctis rebus positio
Arma præferuntur: huius Votū (si recte intellexi) Salustii
Salustius est: cum inquit. Vires ingenio præstare co-
gnitum est: cū bella geri cepissent. ¶ Sed hæc positio Confu-
supponit falsum. Accipit enim Arma solum cepisse in tatio.
Seculo viciato. Antea uero creditum est genus huma-
num Armis non esse usum. Quod illico reprobatur a
Platone Tertio de legibus: ubi afferit semper genus hu-
manum indiguisse defensione: quæ de naturali Iure po-
nitur: ac cunctis conceditur. Post Illuvionem enim illā
Magnam: quam ubiq; Plato: & Aristoteles fatentur:
quatuor suisse Ciuitatis formas. Plato Tertio Libro de le-
gibus exponit. ¶ Prima quidē fuit statim post generis Prima
Humani calamitatē in superstite quodam eius semine
seruato: uel altissimorum Montium beneficio: uel di-
uina potius prouidēcia. Tunc enim probabile est filios
nepotes patris familias Imperio paruisse: quod quidē
Imperium sola lege naturæ constabat. Erat enim tunc
temporis idem Rex: & Pater familias: succedebat au-
tem in Regno: qui ætate prior: ac natu maior erat: dice-
baturq; & Pater familias: & Rex totius familiæ. Hoc
tempore Arma erant pugni: calces: & dentes. Nam
fermo more Homines: cum dissiderent: certabant pu-
gnis (unde pugna certamen dicitur) calcibus: ac mor-
sibus: & hæc Prima pugnæ Origo fuit. ¶ Secunda uero Secunda
Ciuitatis figura (ut Plato inquit) fuit cum familiæ plu-
res iam inter se uel Oppido: uel Rure: uel Vallo quodam
simili: tum Mutua indigentia: tum Metu ferarum con-

DE ARM. LIT. COMP.

gregarentur. Verum quia ab ipso huius ceteris exordio verisimile est propter varias gubernandi formas: quae erant tot:quot familiæ: domiciliaque opinionibus ac moribus longe diuersæ. Mutuas subortas esse iniurias: quare necessitate ducti: ut uidelicet iniuriæ sedarentur: ac mutua inter eos beniuolētia seruaretur: cōmunes quosdam Arbitros. Iudices. Rectoresque constituerunt: qui uidelicet seniores & meliores: & prudentiores uiderentur. Hoc tempore Homines Montium radices habita-
re ceperunt. Maceriosos ambitus quasi muros Vrbiū ferarum causa condentes: ac unam Domum amplam in medio omnibus cōmunem edificantes. In qua Seniores: ac Arbitri sederent. Hoc tempore Homines inter se no-
bilitate dissidere cœperunt. Nam cum alii ab aliis pa-
rentibus essent nati: mores suscepérunt: quibus ad Deos Colendos: seq̄ ipsos curādos: modestiores essent. Nam a modestis modestiores: a fortibus fortiores: & a cæteris

Secūda

aliter morati descendebat. ¶ Ritus quoque quasi Leges propriæ in hac Secūda Civilitatis forma habebantur. Hoc quoque tempore Arma erant lapides: fustes: baculi: quibus iniurias propulsabant: & Armaturæ: quibus Corpora tegebant: erant Ferarum pelles: ut de Anti-
quo Hercule narrat Diodorus Libro Primo: qui Clava & Leonis pelle Arinabatur. Nec hoc tempore erat belum: sed Magistratus Homines compellebant his Ar-

Tertia

mīs: qui Legibus nolebat parere. ¶ Tertia uero Civili-
tatis Figura fuit: cum genus Humanū habitare Coepit
in Campis planisq; locis: quo tempore Conditum esse
Ilium in magno pulchroque Campo: in Colle quodam:
non tamen alto: quo multi desuper ex Ida Fluuii deflue-
bant:

bant; creditum est. Cœperat enim tunc Illuūionis magna esse obliuio; quando iuxta fluuios: & ab altioribus locis delabentes Vrbem condiderunt. Seq; ipsos vllibus exiguis credidere: unde perspicuum est multis Sæculis eos post Illuūionis vastitatē fuisse: quo etiā tempore Fusim tunc Hominū genere propagato: multas alias Vrbes conditas fuisse. Hoc tēpore bella oriri cœperunt: in quibus Homines Ferreis Armis utebantur. Cœpitez paulatim hæc Militaris disciplina tanti fieri: ut nulla maiorī cura: studio: ac ordine apud oēs prope gentes constaret: repertis exercitus ordinibus: signi dationibus. Thessarīs: & Vigiliis a Pallamede in bello Troiano: & sub idem tempus speculari significatiōne a Sinone (ut Auctor est Plinius) Hoc tēpore diversi generis Arma ab Hominibus inuenta fuerunt. Fabulæ enim (ut Diodorus Libro Sexto tradit) narrant Martem Primum fabrilibus Milites armasse: & propter hanc cām a gentilibus bellī Deus colitur. Galeam uero Gladium. Hastam. Lacedēmoniū (ut Plinius Libro Septimo inquit) inuenierunt. Alia quoq; Arma alii: ut Diodorus Libro Quarto diffuse exponit.

Quarta

aūt Ciuitatis forma: est: quam nostris temporibus habemus: in qua & Regna: & Tyrannides: & Republicæ: & populares status: & potentū dominationes: & bella: & Ferrea Arma: & omnia malorum genera sunt: quo tempore ad Hominū perniciem illud nouitium inuentum est: quod Bombardam uocant. Amplius & Sclopæ: & cætera id genus. In quibus hoc tempore omnis vis peditum: omnis equestris Splendor: omnis deniq; bellica uirtus cōsistit. Quibus patet Falsum esse: quod

DE ARM. LIT. COMP.

isti supponunt · Arma uidelicet non fuisse; nisi in vicio
to ipso seculo · Nam licet Verum sit de Ferreis ipsis Ar-
mis: non tamen verum est simpliciter · Immo quāpri-
mū genus Humanum uiuere cœpit in Societate: fue-
runt Iniuriæ: quare & Arma: quibus propulsarentur
Iniuriæ · Verum non eiusdem generis Arma: ut longo
processu ex his: quæ diximus: perspicuum est.

CQuid alii Peripatetici: ac Platonici de proposito
Problemate senserint: hic disputatur.

Alii uero Armis non omnes Literas simplici-
ter prætulerunt · Sed uel eas duntaxat: quas
Græci Theoreticas: hoc est contemplatorias
vocant: inter quas Principalissima est ea fa-
cultas: quæ de Diis · Diuinisq; Substantiis pertractat:
quam corrupto Verbo Metaphysicam appellamus; hu-
iusmodi Scientias uero ideo Armis præferunt: quoniam
iis Dii perfecti ac beati esse uidentur **C**ut Aristoteles in
quit Duodecimo Libro **D**ecum asserit nos paruo tempo-
re · Deos autem semper hac Diuinorum contemplatio-
ne Felices esse · Fauet huic illud: quod Aristoteles in-
quit Decimo Ethicorum: ac Politicorum Septimo · Ibi
enim sine controuersia contemplatione actionibus pro-
ponit · Nam & Felicitatem simpliciter in contemplatio-
ne consistere multis Argumentis probauit: potissimum
quia operatio est intellectus: qui omnium eorum: quæ
nobis insunt præstantissimum quid est · **V**erum Ari-
stoteles Primo Ethicorum Ciuilem facultatem omni-
bus aliis facultatibus anteponere uidetur: & huius cām

assignat: quia huius finis Ceterarum omnium facultatum fines continet: & propter hanc causam Philosophus Sexto Politicoru inter Ciuitatis partes non col locauit: & Octavo Politicorum dixit. Illarum Scientia cum studium: si ad extremum usq; fuerit: nocumen-
tū afferre: & affinis cōsecutione diuertere. Callicles uero apud Platonem in Gorgia. Inquit: Philosophia quidem o Socrates gratiosa res est: & venusta. Si quis illam moderate: in adulescentiacq; attingat. Sin autem supra modum tempus in ea contriuerit. Hominum est corruptela. Quare uidentur Plato & Aristoteles Ciui-
lem facultatem omnibus præferre; etiam Militari cum Militare bonum (ut Diuus Thomas afferit) in Ciuale bonum ordinetur. Insuper licet Ciuilis facultas Mili-
tari præponatur: non tamen propter hoc Aristoteles & Plato Ciualem facultatem Armis proposuerunt: no-
stra autem Disputatio non est de comparatione discipli-
næ cum disciplina. Hoc est inter Ciualem: quæ de mori-
bus agit: & Disciplinam Militarem: quæ docet Mili-
tare. Sed inter Literas: quæ Sciendi facultates: & Arma:
quæ facultates agendi sunt Fortitudinis: & Magnani-
mitatis opera. Quare licet ea facultas: quæ de moribus
est: ei facultati præferatur: quæ est de Armis: tamen
non propter hoc Armis ipsis præferenda est. Nam ut
dictum est: facultas: quæ docet benefacere: ipsi benefa-
cere non præfertur: nec habitui: quæ Virtus est bene-
faciendi. Non enim facultas quæ de liberalitate est. Ipsi
liberalitati præponitur: nec facultas de Iustitia: ipsi Iu-
sticie. Nemo enim dubitat longe melius: & honorabi-
lius esse Iustum esse ac Iusta agere; q; sit Scientia de Iu-

stitia: atq; ea quæ Iusta sunt scire. Aristoteles igitur & Plato Ciuilem hoc est Philosophiam Moralem non Ar mis: quibus fortiter: magnanimeq; agimus: quibusue Iustitiam legitimam defendimus: proposuit. Sed ei disciplinæ: quæ docet fortiter agere: quæq; Militaris fa cultas dicitur: quā Philosophi tradunt: & si nunq; per eam operati fuerint. Hactenus de Aliorum sententiis: super est nūc ut ad dilucidationem veritatis veniamus. Nam sic nostrum decretum omnibus patefiet.

¶ Quid pro Arma in Problemate intelligendum sit.

VT igitur contentionis uis dilucide constet: priusq; in tam graui causa decernamus: quid pro Arma: quidue per Literas intelligendum sit exponendum nobis est. Nam sic decretum nostrum omnibus patebit. Per Arma itaq; non intelligere volu mus Instrumenta: quibus res militaris agitur: ut Gla dius. Machina. Equus. Thorax. Galea: & id genus: sed ea omnia: quibus Fortes viri: ac Magnanimi hone sti causa pugnando parati sunt sese exponere periculis mortis. Tyrannos exuperando. Iura: quæ in legibus continentur: defendendo. Patriam Parentes. Religio nem. Pietatem: tuendo vxoris ac Filiarum: & Soror rum pudicitiam: seruando: ac Iniurias omnes pro pulsando. Quibus humanum genus deturpatur. Nam hi nobis sunt honestatis gradus: ut Deum veneremur;

ut Patriam tueamur : ut Parentes . Liberos . Coniugem
amemus : illisq; benefaciamus : ut Amicos : & alios
quaüs necessitate coniunctos : iuuemus . Hoc pacto
Arma intelligendo : ab his Milites dici possunt . Quo
sit C ut inter Disciplinam militarem : & Arma non
parua differentia sit : nam Militaris Disciplina docet .
Arma uero in usum veniunt . Disciplina Militaris
præcepta tradit . Arma in militando præcepta ser-
uant . Disciplina militaris inter Literas . Disciplinas:
ac Scientias enumerantur . Docet enim quid rectum
sit in militari ipsa actione . Arma uero sunt vires . Po-
tentiaq; : quibus Milites militando ad Victoriam ob-
tinendam in re militari honesti causa vtuntur . Qua-
ratione fit : ut a Disciplina militari miles dicatur nemo .
Aristoteles enim & Plato optimam Disciplinam mili-
tarem Calluerunt : qui cum nunq; militauerint . Mili-
tes dici non possunt . Sed a disciplina militari militari-
bus Literis eruditı : literatıq; dicuntur . At ab Armis:
& armati & Milites dicimur : non aliter q; Animalia
a Cornibus cornuta : a Dentibus dentata : & alijs no-
menclaturis dicta : vocamus . Fit igitur : ut Arma vi-
res sint : quibus in re militari pro victoria assequenda
ex disciplina & habitu pugnandi honesti causa utimur .
Nam ut vires belluaꝝ quibus in pugna vtuntur . Arma
sunt belluaꝝ : ut Cornua . Dentes . Vngues : & id genus .
Ita vires : dum illis utimur in pugna . Arma sunt . Nec
dici possunt Arma : nisi fuerint cum habitu : ac discipli-
na . Vires enim sine habitu pugnadi : ac doctrina : robur:
& vastitas dicuntur . Vnde fit : ut Arma : cum in pu-
gna non fuerint : potestate Arma sint : ceu Dormiens

DE ARM. LIT. COMP.

Grammaticus. Adde q̄ nec Arma sunt : nisi quatenus facultates ac vires fuerint: quibus veri fortis: & Magna nimi honesti causa : in pugnis : & bellis utuntur : hoc est aut ut Tyrannos pulsent : ac necent: ut Regnum defendat: ut Religionem: ac pietatem tueantur : ut parentes, Patriamq; seruent: ut deniq; Iustitiam legitimam: quæ tota uirtus est integra: custodiant. Arma enim nisi honesti causa intelligantur: æquiuoce Arma dicenda sunt. Veluti fortitudo ipsa Militaris aut Ciuilis : aut Violenta : non vere. Sed æquiuoce ut Aristoteles inquit Quinto Ethicoru) fortitudo dicitur. Quare Arma cum quibus Literas comparamus) intelligimus vires omnes: quibus honesti causa utimur in bellis ad vincendum. Ideo inter Arma erunt: & Ferrea ipsa Instrumenta : quæ corporea sunt : & habitus fortitudinis. Prudentiae ac Magnanimitatis : quæ animi vires sunt: quibus etiam utimur in bellis: ut principiis. Et vires etiā corporeæ: cum fuerint ex habitu: & disciplina Militari bene institute: quibus etiam utimur: ut corporeis principiis. Per hæc enim honesti causa pugnamus: legitimam Iustitiam defendimus. Tyrannos autē necamus: aut fugamus: & Iusta Regna acquirimus: ac optimis Legibus res publicas gubernamus. Quod si alia ratione Arma intelligantur: nō proprie: sed æquiuoce Arma dicuntur: ueluti Marmoreus: aut pictus Homo. Ex iis prospicuum inter Arma alia esse omnino corpora: ut Instrumenta Ferrea : aut Lignea. Alia omnino incorporeæ: ut habitus animæ: qui sunt Prudentia fortitudo: & Magnanimitas: quibus facile: & pronte: & delectabili liter honesti causa mortinos ipsos exponimus. Alia esse

non corpora: sed Potétias ac vîres in corpore: ut robur:
vires: & vastitas sunt: quæ naturales potentiae sunt: non
ex actionibus: sed ex natura acquisitæ. Arma vero prin-
cipaliter dicta: sunt quæ animi virtutes sunt: quibus
prudentes ac fortis viri. Magnanimiç honesti causa
libenter sese mortis periculis exponere non dubitant.
Quare per Arma intelligendum est omnia ea: quibus
perse utimur ad vincendum honesti causa. In quibus
vniversa potentia viri fortis consistit. Dico per se uti-
mum: quia utimur Literis: & Consilio: sed per accidens:
dico honesti causa: quoniam aliter æquiuoce Arma di-
cuntur. Hæc de Armis: post hæc de Literis; quid in-
telligendum sit: afferamus.

**¶ Quid per Literas in Problemate intel-
ligendum sit.**

Per Literas igitur non dictionum elementa.
Sed scientias docentes intelligere volumus.
Est autem docens Scientia: aut Theoretica:
hoc est contemplatoria: quæ (ut Ciceronis
uerbis utar) quid veri in ynaquaç ratione sit: edocet.
Cuius quidem generis est Metaphysica: quæ quid veri
in diuinis Substantiis sit demonstrat: & Mathematica:
quæ de quantis Verum ostendit: & Physica: quæ de
rebus naturalibus veritatem intuetur: aut practica: hoc
est operativa: & hæc quid recti sit in ynaquaç ratione
edocet. Medicinalis enim facultas quid recti in Cura-
tione sit: monet. Moralis philosophia: quid recti in
vivendo. Militaris disciplina quid recti in Militando.

Qua ratione sit ut Theoreticæ sint: ut Aristoteles
inquit Sexto Metaphysice) quarum veritas. Practicæ
uero: quarum opus: aut actio: Finis est. Hac ratio ne
Socrates: ut Aristoteles asserit Libro magnorum Mo-
ralium: non recte virtutes Scientias appellauit: cum li-
beralitas Scientia de liberalitate non sit: nec Fortitudo
Scientia de fortitudine: nec Magnanimitas Scientia de
magnanimitate. Quare per Literas: non virtutes: nec
virtutum actiones intelligimus. Sed artes: uel discipli-
nas: quæ docent: aut virtutes: aut actiones: aut opera:
aut res quascunq;. Nam a Literis Literati dicimur: ab
actionibus uero aut virtutibus: uel operibus: operariis:
ut Ciuiiles: aut Medici: aut id genus dicimur. Compa-
ramus igitur Arma: quibus honesti causa militamus.
Literis: quibus docemus sint ne Arma: an Literæ præ-
ferenda. Non enim inter Disciplinam militarem: quæ
docet bene militare: & ceteras Literas: quæ docent: quæ
libet suam materiam: comparatio est. Quandoquidem
inter cæteras Literas disciplinasq; ea facultas est: quæ
Ciuiilis appellatur: quæq; nemine dissentiente. Princeps
est: ac sine controversia militari disciplinæ præferen-
da: quæ est de Armis exterioribus. Nam hæc bonum
Ciuiile spectat: disciplina uero militaris: bonum mili-
tare: quæ victoria est: at militare bonum: in Ciuiile
bonum ordinatur: quare & militaris disciplina sub Ci-
uili continebitur. Rursum nec inter disciplinam mili-
tarem: & virtutes: de quibus Literæ agunt: quasue do-
cent: comparatio est. Tum quia disciplina militaris
Arma non sunt: sed de Armis: & quidē non omnibus:
sed de exterioribus. Tum quia virtutes de quibus per-
tractant

tractant Literæ præstabiliores esse militari disciplina: nemo dubitat. Est ergo comparatio definienda inter Arma ipsa: quibus milites Armatiq; viri dicimur: quibusq; utimur honesti causa ad opera fortitudinis: ac magnanimitatis pro Iustitia tuenda. Et literas: siue docent uirtutes: siue res naturales: siue quodvis aliud: ex quibus Literati. Scientes. Magistri: ac Doctores appellamur: sint ne Arma an Literæ præferendæ: & de disputationis ui hoc pacto dilucidatum sit.

Decretum in quo pro Armis
decernitur.

H Is itaq; declaratis: reliquū est decernere quid in ueritate ipsa sit. Pro nostra itaq; sententia: atq; opinione duplēm dignitatem distingui mus: qua Homo hominibus præstat: publicam uidelicet: & priuatam. Priuata dignitas est: qua homo cæteris Hominibus dignior est: non tamen per ipsam: quo ipsa est: hominibus imperat. Huius quidem generis sunt Literæ ipsæ. Philosophus enim ipsis non Philosophis dignior est: per Philosophiam tamen: quo Philosophia est: ipsis non Philosophis non dominatur. Rhetor ipsis non rhetoribus præstantior est: per Rheticam autem: ut Rhetorica est: nullis non rhetoris dominatur. Legum interpres ipsis non legum interpretibus excellentior est: non tamen quatenus est legum interpres ipsis non legum interpretibus præcipit: sed solum leges interpretando ita viuendum esse declarant. Literæ ergo priuata dignitas sunt: q; Homi-

DE ARM. LIT. COMP.

nem ea dignitate dignum faciant: qua perfectior aliis sit: non autem: qua cæteris dominetur. Est & dignitas publica: quæ nouo uerbo Dominica dicitur: hæc non modo hominem hominibus digniorem: sed hominem hominibus dominari facit. Huius generis sunt regnum. Tyrannis: optimatum potentia: paucorum potestas: res publica: ac popularis status: & quæ ex iis omnibus: uel aliquibus horum potentiae mistæ sunt. Per hanc dominicam dignitatem in Aurea ætate Pater familias domesticis dominabatur. Rex. Tyrannus: aut id genus subditis nunc imperitat. Et licet non semper res communis sit re propria: priuataq; dignior: sed semper utilior: dignitas tamen publica priuata ipsa dignitate præstantior est: & dignior: ac utilior: quod Aristoteles Primo Ethicorum sentit: cum inquit. Amabile & si vni soli: maius autem: ac diuinius est: si genti: ciuitatibusq; sit acquisitum: partuq; conseruetur. Ecce q; de iis bonis loquitur: quæ simul utilia: ac honorabilia sunt: nam quod est simul utile: & honorabile: si publicum est: semper priuato bono præfertur: etiam si priuatum illud bonum utile & honorabile fuerit. Hac itaq; distinctione premissa: ac non perperam intellecta: decernimus Arma ipsa simpliciter Literis esse præferenda. ¶ Primo q; Hominé ipsum publica dignitate potiri faciant: qua uidelicet homo hominibus dominatur. Literæ uero: priuata: qua homo homine dignior: aut perfectior est. Est autem publica dignitas (ut diximus)

Primo

¶ Primo q; Hominé ipsum publica dignitate potiri faciant: qua uidelicet homo hominibus dominatur. Literæ uero: priuata: qua homo homine dignior: aut perfectior est. Est autem publica dignitas (ut diximus)

Secundo

dignitate priuata prior: ac simpliciter dignior. ¶ Secundo: quoniam hominem ipsum excellentissimis priuatis dignitatibus cæteros excellere efficiant: uidelicet fortitu-

dine : magnanimitate : & Iustitia : quæ inter priuatas dignitates præstabiliores sunt. Per Arma enim fortitudinem : & magnanimitatem acquirimus (ut Aristoteles inquit Quarto Ethicorum) & Iustitiam defendimus : per Arma Illustres actus huiusmodi virtutum exercemus . Quare M Tullii pace dixerim : cedant Togæ Armis : laureisq; concedant linguae ; quāto uidelicet priuata dignitas publicæ cedere uidetur . Utinam ita esset (ut Cicero credidit) non enim Manu popilii lenatis Iussu M Antonii mortuus esset) nā Togæ : lingueq; ipse : & si hominem hominibus digniorem faciant : hominibus tamen non togatis togatum Hominem publica : dominicaq; dignitate nequaq; præferunt : nisi (ut diximus : per accidens) quatenus Princeps togatū ita instituit . Ammiani igitur sententiam a probo dicentis Ammianus tanto Literis Arma præferenda esse : quanto facta di- ni sententias præstant .

¶ Testimonium decreti ex Numinе.

Nostrum huiusmodi decretum verum esse testatur nymen : quod in ea voragine ac Hiatu terræ loquebatur : quæ apparuit in medio urbium . Cum dixisset hiatum illum nunquam clausum Iris nisi sibi vniuersæ urbis optima res afferretur : quam (ut Liuius inquit Septimo Libro ab urbe condita .) Arma esse Curio interpretatus : armatum se in aperturam deiecit : ubi mox Spelunca clausa . Patriam liberavit . Memoriae proditum est a Calisthene secundo Metamorphosem Celenis yrbe frigiae ira Louis id est terræ

DE ARM. LIT. COMP.

hiatum cum maxima aquarum copia fastum: multas domos cum viris in profundum traxisse. Paulo uero in maximo discrimine constituto. Midas Rex ex oraculo dixit terram coitura in; si quod habetur optimum & preciosum in vita in illum terrae hiatum deiiceretur. Cum autem Celenitæ aurum omne: & Argentum ac ornamenta muliebria in ipsum hiatum deiicissent: malumq; ipsum adhuc non cessaret. Aegistheus midæ filius ratus nihil in vita esse Armis preiosius post Patris & Thymotheæ vxoris amplexus Equum descendit: factoq; impetu: in Illum se deiecit hiatum: qui confestim clausus est.

CTestimonium decreti ex Aristotele & Plinio: et Romanis: & Aliis gentibus.

Super huiusmodi nostrum decretum illico Verum esse testantur honores (ut Aristoteles inquit: tertio Ethicorum) a Civitatibus: et Regibus constituti. Nam iis: qui pugnando honesti causa moriuntur: honores a rebus publicis: aca Regibus exhibentur. Vnde Septimo Politicorum: apud Carthaginenses ornatum ferunt anulos accipere pro numero expeditionum: in quibus uincendo hostem quispiam militauerit. Fuit et qñq; Macedonia lex eum: qui nullū hostem interfecisset: capistro cingi: apud Scythas uero non licebat solleibus epulis paterā circulata accipere ei: qui nullū occidisset hostem: apud Hyberos quoq; pugnacē gentem tot obeliscos erigere circa sepulcrum mos est: quot Homines ex numero hostium necauerit: & alia apud alios sunt huiusmodi complura Legi

bus ac moribus cōstituta. Honorantur autē ut Aristo.
inquit Primo Rhetoricorum) Primo qui beneficia con-
tulerunt: deinde qui cōferre possunt; beneficia uero Pri-
mo sunt salutis. Secundo uero: quae diuitiarum: uel alte-
rius boni: quod bonum uel omnino: uel hīc: uel aliquā nō
facile acq̄ritur. Talia autē beneficia: nemo nisi Armatus
vīr conferre pōt. Vnde gentes hiis Armatis: qui bene-
ficia contulerunt: aut beneficia conferre posse crede-
bant. In honorem sacra exhibebant: quae ex oblatio-
ne Vīctimarum fiunt. Memorationes: in Natali eo-
rum celebrabant. Carmínū decantationes. Templa:
Arasq̄z construebant. Triumphos yictoribus constitue-
bant. Sepulcra. Monumenta. Trophēas. Imagines.
Statuas. Exemplaria: et cætera id genus erigebant.
Etiam iis Armatis: qui Iustitiam custodierunt: gentes
Mercedē tribuerunt. Mercedem, n. Ut Aristo. inquit
Quinto Ethicoꝝ dare debemus iis: qui pro nobis ela-
borarunt: & qua vīr Armatus Iustitiam defendit: faci-
mus eum. Principem: gloriam & honorem exhibendo:
quae sunt maxima bona: quae ab Hominib⁹ dari pos-
sunt. Vnde Plinius bonus reg⁹ antiquar⁹ cōmemorator
xxxiii. Libro Historiæ naturalis capite primo. Aureos
anulos. Aureasq̄z statuas. Aureasq̄z signa primo miliū
bus datas tanq̄ simpliciter dignioribus: postea legatis:
nec aliis (ut mos erat) q̄ ex ea causa publice accepis-
sent: quod ita factum esse affīmat: quia a Roma-
nis Arma primis honoribus digna putabantur. Hinc
varie fuerint olim Coronæ: quibus pensabatur Ho-
minum fortitudo: ut & ignauis torpor excuteretur:
& in generosis fortitudo cresceret. Nam ut Plinius

DE ARM. LIT. COMP.

Libro. xxii. Aliæ gemmatæ, Aliæ aureæ, Aliæ vallares; Aliæ murales. Rostrales aliæ, Ciuitæ aliæ. Triumphales deniq; aliæ. Coronæ triumphales Imperatoribus ob Triumphi honorem mittebantur. Aureis post successerunt Laureæ: quæ eiusdem virtutis: honorisq; præmia erant. Obsidionalem Coronam dabant obsidione liberati ei: qui liberauerat: quæ cum gramine intexere tur: graminea dicebatur. Hanc Senatus, P. Q. R. Fabio maximo dedit Secundo bello punico q; urbem Romanam obsidione liberasset. Ciuita ei dabatur: qui ciuem a morte liberabat: siebatq; fronde querna: aut Iligneæ. Hanc habuit decreto Cæciliæ. L. gellius. Muralis dabantur ab Imperatore: ei: qui primus murum subiisset: & in oppidum hostium per vim ascendisset. Castrensem donabat Imperator ei: qui primus hostium Castra pugnans introisset. Naualis dabatur ei: qui in maritimo prælio primus hostium Nauem uim armatus transiliuisset: quæ rostris nauium erat insignita. Aliæ multæ erant Coronæ: quarum Gellius meminit Libro Quinto capite quinto: quæ omnes iis dabantur: qui virtute Armorum honorem merebantur. Triumphi quoq; varii sunt: ut Ouales: & Triumphales: qui non nisi iis in honoris signis exhibebantur: qui virtute Armorum præclara facinora gesserunt. Literatis autem: quo Literati sunt: huiusmodi honores non exhibuit Antiquitas. Nam cum honor Inditium sit (ut Aristoteles inquit Primo Rhetoricorum) eius extimationis: quam quis habet de benefactiua alicuius potentia: & benefacere (ut ibidem dicit) sit aut in his: quæ spectant ad Salutem: aut in his: quæ spectant ad diuinitias: sit: ut Literatis ea ratione

qua Literati sunt : honor non conueniat; non enim Lite
rati : quo Literati sunt: possunt nobis benefacere in iis:
quæ spectant ad Salutem : aut in his : quæ spectant in
Divitiis ; nisi fortasse per accidens : quatenus uidelicet
ex Literis ad actiones se conferunt . Vnde Aristoteles
xxi . Problematum particula : quærens cur veteres præ Proble-
mia certaminibus corporum posuerunt . Sapientię nul mate . x.
lus quicquam statuerit : cum multas causas eniteretur
assignare : tandem causam omisit veram propter hono
rem Literatorum . Est enim vera causa : quoniam præ
mium honor est : honor autem non exhibetur : nisi his:
qui benefecerunt : aut qui possunt benefacere : & cum
Literati ex ea parte : qua Literati : nec in his bonis; que
ad Salutem spectant : nec in his : quæ spectant ad Diui
tias : nobis benefacere possunt . Ideo eis nullus honor
exhibendus est : quatenus uidelicet tales sunt; exhibetur
autem per accidens : quatenus ex Literis ad actiones se
conferunt; quas facile propter Literas assequi possunt.
Propter hanc causam (cum interrogatus Symonides
esset ab uxore Hicronis) vtrum melius esset Diuitem
esse: an Sapientem . Respondit diuitem; sapientes enim
video (inquit) in diuitium Ianuis . Plato autem rem
hanc præclare confirmat Quinto de Legibus : qui aliis
bonis (inquit) abundat : quæ in alios quoq; transfun
di possunt : si cæteros participes efficiet : tanq; vir sum
mus est honorandus : qui autem id facere uellet : sed
non potest . Secundo loco est habendus . Inuidum vero
qui sponte nihil boni cæteris conferat : vituperare debe
mus . Igitur honor exhibendus est ei : qui in bonis bene
fecit ; aut benefacere potest , Literatorum autem gloria

DE ARM. LIT. COMP.

est : nam gloria opinio bona est : quæ de aliquo habetur q̄ sit bonus ea uirtute quam omnes : uel plures expectunt : hanc vulgares famam : uel nomen, Græci doxam appellant : q̄ s̄ape ob bonam : quæ de aliquo habetur : opinionem : in vocem : ac prædicationem veniat multorum, Hæc literatorum est præcipua merces . Armatorum uero (ut Aristoteles inquit) honor : & gloria. Post hæc ad probabilia Argumenta accedendum est.

C Persuasio decreto ex definitione felicitatis : et expositione eorum : quæ felicitatem efficiunt ; seruant ; & quæ felicitatis sunt Indicia,

F T Primo ex definitione felicitatis : & eorum : quæ felicitatem efficiunt ; seruant : ac indicant. Sít igitur felicitas (ut Aristoteles inquit Primo Rheticorum) Fortuna secunda cum virtute : uel vita secundum virtutem cum sufficientia . Hæc enim felicitas est : quam Ciuitates rectis legibus institutæ (ut Aristoteles inquit Quinto Ethicorum) principaliter intendunt. Ciuitates enim rectis legibus institutæ nihil aliud intendunt : nisi ut Ciues iuste viuant : nam iuste viuere : est beate viuere. Viuunt autem Ciues iuste : cum secundū virtutes viuunt. Ergo felicitas Principaliter est vita secundum virtutes . Hæc autē vita nec Illustris esse potest : nec perfecta sine sufficientia : quæ consistit in cognitione bonorum fortunæ : quæ sunt nobilitas. Amicitia. Diuitiae. Gloria & honor : prosperitas : & potentia : quæ Aristoteles Primo Rheticorum exponit : & in bonis naturæ de quibus alias

alias. Patet autem sine bonis exterioribus hoc est sine diuitiis: nullum posse esse profecte felicem ea videlicet felicitate: quam Ciues desiderant: quoniam sine diuitiis nullus potest esse liberalis; nec Magnificus^Cut Ari stoteles docet Quarto Ethicorum.) Amplius sine prosperitate: & potentia nemo potest esse profecte beatus: non enim est beatus: cuius vita non est tuta: nec beatus esse potest his: cuius uita in alterius potestate est constituta ^Cut Aristoteles inquit.) His declaratis di Primo: camus Arma præferenda Literis esse. Primo: quia per Arma longe plures: & maiores diuitias comparamus: q̄ per Literas: non enim ex Literis diuitiae fiunt: nisi per accidens: quatenus Literati se ad agendum conserunt. At armati viri: fortesq; & sua bona tuentur: et ab aliis multo plura lucrantur. Deinde quia per Arma prosperitatem & Dominicam potentiam longe magis lucramur q̄ per Literas. Longum enim esset enumera re humiles: & electos Homines: qui per Arma ad Imperii fastigia euecti sunt: facile autem eos: qui per Literas: quoniam hi aut nulli: aut paucissimi sunt. Adhuc per Arma Nobilitatem. Gloriam: & honorem longe magis q̄ per Literas nos lucrari nemo dubitat. Insuper per Arma virtutes lucramur: ut Fortitudinem. Maganimitatem. Amplius: & Diuitias: quibus possimus esse Magnifici: & Liberales. Per Literas autem nequaq;: nisi per accidens. Deinde p̄ Arma defendere possumus gentes a feris: ut Hercules fecit. Patriam atq; Parentes a Tyrannis: ut Theseus: & Romani esse cerunt. Religionem ab Impiis: uxores: & filios a turpis violentiis: possumusq; defendere Iura. Legitimāq;

DE ARM. LIT. COMP.

Iustitiam: quæ virtutes omnes completitur (ut Aristoteles inquit Quinto Ethicorum) quæ Literati: quo Literati sunt: nequaquam facere possunt. Ad hæc non modo Arma antecedunt virtutes quæ sunt simpliciter bona: seruant: & defendunt: verum etiam a virtutibus proficiuntur. Nemo enim Armis bene uti potest: qui non sit Fortis. Magnanimus. Iustus: & Prudens. Cum igitur ex Armis per se virtutes efficiantur: quoniam ex usu Armorum in Bellis (ut Aristoteles inquit) Fortes. Magnanimi. Prudentes & Iusti euadimus. Virtutesque omnes tueantur: quoniam legitimam Iustitiam: quæ tota virtus est: pro Arma defendimus: usqueq; Armorum a summis virtutibus proficiuntur a Fortitudine. Prudentia: & Magnanimitate. Fit ut Arma sine contiouersia Literis præferantur. Deinde idem facile persuademus ex iis: quæ sunt rei optime & excellentissimæ Indicia: & Primo quia Regula maxima ab omnibus hæc habetur. Si maximū alicuius generis maximo alterius generis præfertur: totum genus toti generi præferatur necesse est. At inter ea: quæ sub genere Armorum sunt. Arma præcipua: ac maxima sunt fortitudo. Magnanimitas: & prudentia. His enim: qui utitur: fortissime inter mortales omnes pugnare uidetur. Inter ea autem quæ sub Literarum genere habentur: contemplatoriae Literæ præcipuae sunt: quod Aristoteles potissimum Proemio Metaphysice tradit. Sed cum fortitudo Prudentia: & Magnanimitas sine contiouersia Scientias omnes Theoreticas antecellant: fit: ut Totum Armorum genus toti Literarum generi præferatur. Quare cum Arma per se maioris boni sint effectrices causæ:

Maioris boni conseruatrices causæ. Maioris boni per se tutrices causæ: fit ut sine controuersia Literis anterferantur. Adhac cum eligibilia sunt: quorum excessus eligibilior: & pulchrior est: & excessus in Armis ab omnibus eligibilior sit: quoniam a Principibus: a Subditis: a Priuatis & ab omnibus: fit ut Arma quorum excessus eligibilior est. Eo excessu: qui Literarum est: præferenda Literis sunt: potissimum etiam: quia præferendum semper est: quod excellentioribus inest: ut quæ Principibus magis q[uam] quæ subditis: & quæ Regibus magis q[uam] que Principibus: & quæ Imperatoribus magis q[uam] quæ Regibus. At arma plerunq[ue] Principibus. Regibus. Imperatoribusq[ue] insunt. Literæ vero plerunq[ue] priuatis Hominibus: quare Arma Literis præferenda sunt. Accedit q[uod] Arma semper ab excellentioribus elegantur ut a viris: qui in publicis dignitatibus sunt constituti & a Ciuiis: qui domini sunt rerum publicarum optimarum. At Literæ semper a priuatis Hominibus. Quare tanto Arma præferenda Literis sunt: quanto viri qui in publicis dignitatibus sunt constituti: præferuntur priuatis. Deinceps ea præferenda sunt: quæ ipsa se ipsa significant. At cum Arma se ipsa dignificant. Literæ non nisi quatenus Imperator u[er]o Armorum Literatos significat. Laureis Coronis præcipit honestari. Insuper quæ ad plura utilia sunt: præferendas sunt iis: quæ ad Pauciora. At arma utilia sunt ad Diversas congregandas: ad Magistratus nanciscendos: ad bene viuendum: ad agendum honesta. Literæ vero ad hæc utiles non sunt: nisi pro accidens: ac compulsione Armorum.

DE ARM. LIT. COMP.

Persuasio Decreti ex parte honesti; atq; eorum;
quæ honesta dicuntur.



X parte uero Honesti etiam Decretū persua
dermus (quoniam ut Aristo . inquit Primo
Rheticorū) Honestā ac Laudabilia sunt:
quæcunq; aut virtutes efficiunt : aut a virtu-
tibus proficiscuntur: aut virtutum Indicia sunt . Et quo
niam Arma (ut diximus) Magnanimitatē . Fortitudi
nem : pariunt: & Homines ad Iustitiā seruandam com
pellunt: & ad Magnificentia; & Liberalitatē principia;
& instrumēta parant: videlicet Diuitias . Literæ uero ne
quāq; nisi ualde p accidēs: fit ut Arma sine controversia
Literis preferantur . Adhęc præferenda sunt quecunq;
(quis pro Patria utitur) pro Parentibus: pro Honore;
pro Religione: pro Iustitia : sua contennens: q; quæ utit
pro se . At Armis Imperator utitur pro Regno : pro Pa
tria: pro Parentibus : pro Honore : pro Religione : pro
tuēda Iustitia : sua contēnens Literis aut vnuſq; pro
se suaq; delectatione utitur . Igīt̄ præferenda Arma Lfis
sunt . Adhęc bona p quæ laudamus: mortuos: & viuos:
præferenda iis bonis sunt : per quæ mortui & viui aut
non laudantur: aut parum laudati sunt . Constat autem
per Arma mortuos summe fuisse Laudatos immo in
Deos esse Relatos a gentilibus . Viuos uero in Terris
fuisse adoratos: ac veneratos (Nā ut inqt̄ Statius) Pri
mus in orbe Deos fecit timor: per Literas uero nec mor
tui nec viui Laudati sunt: nisi quatenus ad actiones se
contulerunt: quoniam (ut M. Tullius inquit) virtutis
enim Laus omnis in actione consistit . Hoc autem Lite
ratis parum & per accidentem est . Quare Arma Literis

præferenda. ¶ Ex iis patet: quā equeūocæ Arma nostri
qui dicantur Arma. Militesq; qui eis utuntur equeūocæ
milites. Non. n. pro Religionis defensione: non pro Pa-
triæ pro Parentum: pro Amicor; quis Iusti conseruatio-
ne: sed pro Tyrannide tuenda: pro Rapinis: pro Depo-
pulationibus: pro Ruinis: ac omniū Malor; generibus
pugnant. Qua ratione fit ut Milites nostri qui nō mō
Literatis vīlores sint: verum etiam e medio tollendi: ac
omnino posthabendi: penitusq; exterminandī sunt.

¶ Lacedēmoniorum opinio de Literarum cum
Armis conuenientia.

 Acedēmonii Literas Armis penitus ob eētra-
dunt q; Armati vīri belliciq; Homines Fero-
cissimi esse debeat. Hāc ob cām pueros ferīnis
exercitationibus exercebat. Argumēto q; fero-
citas ad Fortitudinem plurimū valeat: at Literæ cōtra-
ad humanitatē pertinere dicebant: ex qua & nomen ha-
bent: eo q; Mitem atq; Humanum hominem faciant.
Marius quoq; ille Arpinas: quo Misériorem ac Felicio-
rem neminem Fabulatur antiquitas. Ridiculū esse puta-
uit Literis vacant: quoniam illarum plerunq; Magistri
Aliis inseruirent. Loquitur enim his apud Sallustium:
vtq; Literas Græcas dīdici: parum placebat eas disce-
re: quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil p̄ficeret;
Exteræ gétes: ut Hispani. Galli. Germani. ¶ Barbariq;
oēs Arbitrātes Ferocitatē magis Armis q; Lfas pdesse:
penitus Literas neglexerunt. Hanc ob cām eorū milites
prima Elementa vix norunt. Signum autem nobis affe-
rūt: nam qui corporis virībus plurimū valent. Ingenio

DE ARM. LIT. COMP.

rudes sunt : hac Pernitiosa ac Barbarica opinione labe,
factati nostrates : viri præcipui Ingenii ; qui hodie mili-
tant . Literas profiteri erubescunt .

¶ Refutatio opinionis Lace- dæmoniorum .

Sed q̄ Barbarica sit hæc opinio : quāq; Ferina :
atq; omnino ab Humanitate aliena Res ipsa
militaris demonstrat : quæ fortuita : temera-
ria : ac omni ex parte casibus subest : nisi præ-
ceptis disciplinæ militaris milites bene instituti fuerint :
Nemo enim bene militare potest : qui præcepta mili-
tandi Ignorauerit : quemadmodum nec Medicus bene
curat : qui curandi præcepta nescierit : nec Orator bene
dicere : qui bene dicendi Regulas non calluerit. Quare
qui bene militare voluerit : hunc militandi præcepta nō
Ignorare oportet . Alioquin casu : temereq; belluarum
instar militabit . Astipulatur hinc Humana voluntas :
quæ cœce . Fortunęq; Imperabit : nisi ipsius præceptis
Intellectus bene instituta fuerit . Qd' autem ferocitas
fortitudini non prospicit . Aristoteles Octauo Politicoru
ostendit) quandoquidem (ut inquit) plurimæ gen-
tes sunt : quæ ad Hominum Cœdes . Comestionesq; in-
sultant (Ceu Andropophagi) quæ tamen ad Bellica
certamina nihil valent . Hec generatim .

¶ Quæ Literæ utiles Armis sint : quæue Conueniant : atq; quæ ne- cessariæ .

Verum Literarum aliæ Armis necessariæ sunt: aliæ vtileæ: sunt quidem vtileæ. Diuina Scien-tia: quæ de numinibus est. Physica: quæ Scien-tia est de rebus Naturalibus. Mathematica. Rhetori-ca. Civilis quæ in causarum forensium Ciuiliumq; ge-nere versatur. Sunt vero necessariæ Moralis Philo-so-phia. Historica: atq; Disciplina militaris: præsertim Im-peratoribus: qui exercitui præsunt.

Diuinam Scientiam: quæ de Numini-bus est: vtilem esse: ac Cum armis conuenire.

Vnde igitur Diuina Scientia: quæ de Diis est Armis prospicit: probat Plato: eo q; diuinis re-bus Ignoratis. Humanas res gubernare po-test nemo. **P**raterea: qui diuina nouit: diuina obseruet: oportet: cum in numinibus ipsis nihil sit non obseruatione dignum. Qui vero diuina obser-vat: & diuina colat: necesse est. At qui diuina colit: ob-seruatq; . Militibus (ut strenue certent) quo usq; pos-sunt: facile persuadebit. Plus enim unusquisq; Sancti monia: & uita ualet in persuadendo (ut Aristoteles in-quit Nono Ethicorum) q; ornata Oratione: fucatisq; uerbis dicendo. Huic rei Signo nobis est Mahometus: qui sub fictæ Religionis: ac diuinorum Scientiarum Spe-cie multa Regna occupauit. Hercules quoq;: & The-seus. Moses, Hermes Trismegistus: & Alii plurimi: qui cum multa reuera de numinibus cognouissent: faci-le ad omne genus pugnar Milites persuadere poterant.

DE ARM. LIT. COMP.

Et quoniam Primi Reges diuinarū rerum Scientiam
non Ignorabant : ab ipsis gentibus Heroes facti ; in
Cœlo inter Deos honorati fuerunt.

CPhysicen : quæ de Rebus Naturalibus Scien-
tia est ; cum Armis bene conuenire.

Physicen vero : quæ de rebus Naturalibus
Scientia est . Armis prodesse probamus ex
eo : q̄ bello iam indicto : collocatoq; exerci-
tu: plerunq; ex naturalibus causis non nulla
contingunt : quæ Milites ingenti terrore consternare
solent : ut Eclipse . Cometæ . Ignea Iacula : in Cœlo
Foueæ: aperturaq; ac Cætera id genus : quæ nisi eorū
causæ militibus declarētur ; non parum (ut Plutarchus
inquit) ipsis terroris afferunt . Huius rei exemplū Bru-
tus : & Cassius tribuunt nobis . Brutus enim Physica-
rum Scientiarum non Imperitus : cum sibi Phantasma
respondisset : o Brute malus Genius sum . In Philippicis
me videbis . Interitus respondit videbo . At Cassius na-
turalium rerum Scientiæ Ignarus : cum Phantasma ui-
disset , Terga hosti dedit . Adde quod de Paulo æmilio
refert Plutarchus : qui cum ob Lunæ defectum Roma-
norum animi cecidissent : tanq; hoc futuræ calamitatis
prodigium foret . Physica ratione docuit necessario id
euenisce : quare animi prorsus refotiti militum illius ora-
tione ad victoriam se accinxerunt . Cum Hispani castra
metarentur aduersus Gallos apud Casinum montem :
post Solis occasum Horis Circiter tribus . Colūna ma-
gna Ignea e Cœlo cecidit mota ab ortu in occasum : vbi
Gallí

Galli prope Aquinum Castrametati essent. Hæc cum Hispanis militibus terrorem non paruum effecisset: a Consaluo Fernando: qui exercitus Imperator erat. Illico interrogatus sui: quid nobis malum portenderet signum: cui Respondi: aut ventum Orientalem futurum: aut hostes terga dare: & Cū Tu Comes Illustris testis es: qui aderās) ita euenit. Amplius ventorum. Turbinum. Typhonum: pluviarumq; Scientiam: quæ Meteorologia dicitur: militibus conferre: precipuæ his: qui exercitus in clasibus ducunt: uel in clasibus militant: nemo est: qui dubitat. Meteorologia enim docet signa temporum: & causas temporum sine quoq; Scientia nemo poterit per mare nauigare.

C Mathematicen cum Armis bene conuenire.

S Imili ratione Mathematicæ Scientiæ Armis profunt. Tum ad Castrametandum. Aciesq; ordinandas. Tum ad Machinas pro obsidione conficiendas: ac collocandas. Non enim facile urbium obsidiones: exercituumq; Castrametationes fieri possunt: terræ mensura Ignorata. Et ea Mathematicarum pars maxime Armis prodesse videtur: quæ de stellis est. Nam plurima pericula ex stellis prouisa: aut saltem aliqua conjectura apprehensa: potest evitare Sapiens militum Dux (ut Ptolemæus inquit.) Huius rei: & tu magnanime Comes: & ego testes sumus. Nam cū Consaluuus Fernandus magnus Armorū

DE ARM. LIT. COMP.

Dux aduersus Gallos Iusta lyrim Amnem castrametatur; nobis pericula prædicentibus: quæ ex stellis bonis coniecturis uidebamus: facile sua Sapientia evitauit: p̄dcentibus vero cœlestes fauores: quos ei ad victoriā prodesse coniectabamus: illis sua prudentia ad modum auctis: facile victoriā consecutus fuit: & hanc ob causam apud lyrim firmiter castrametatus est: licet contra multorum Principum opinionem: qui cum exercitu in Capuam retrocedendum esse Monebant.

Eloquentiam cum Armis conuenire: ac
Militum duci prodesse.

Prodest & Armis Eloquentia: quæ Rhetorica dicitur (ut Eurípides testatur) cū inquit: omnia conficit oratio: quæ hostile ferrum: neutiq; efficere valeret. Astipulantur huic Caii Cæsarī orationes ad milites: quibus non modo animos auxit: verum et corpora aduersus hostes acerime confirmauit. Testis quoq; est experientia ipsa: nam cum nō raro in ipso exercitu inter milites magnæ rixæ: contentionesq; emergant vniuersum exercitum turban tes: nisi Eloquentia seuientiū pectora Imperator emulceat: facile ruant omnes necesse est: quod non Imperite Maro demonstrat: cum inquit. Ille regit dictis animos: & pectora mulcit. Pyrrho multas yrbes regionesq; plurimas Cynea orator Demosthenis discipulus sua Eloquentia subiecit. Quare non ab re Aristoteles ad Alexandrum scribens inquit: non minus Regi Imperatoři Eloquentiam necessariam esse: q̄ decoram orna-

DE ARM. T. LICOMP. xxvi
tamq; vestem . Siquidem oculis hæc Eloquentia uero
animis placet.

Ciuilem Scientiam cum Armis
conuenire .

 Vod autem Ciuilis Scientia præsertim quæ
de causis forensibus est : cum Armis conue-
niat: testis est Imperator : cuius Maiestatem
non solum Armis decoratam esse decet : sed
etiam legibus Armatam . Ut utrumq; tempus bellorum
et pacis recte Gubernare possit . Ciuilis enim Scientia
& si utilis sit Imperatori principaliter pro Pace : etiam
pro Bello utilis est : præsertim propter inducias: pacta:
confederationes : propter etiam Iniurias: quibus mili-
tes inter se afficiunt . Hec enim Imperator nulla bona
ratione gubernare poterit . Ciuili Scientia Ignorata.
Verum huiusmodi Literæ non ad Intensum usq; pro-
fusæ Armis prosunt : nam ut Aristoteles inquit . viii.
Politiorum) penitus sese Literis tradere ad extremum
usq; illas prodiscere : ac prosequi velle : nocumentum
affert: & a finis consecutione auerti . Discere igitur tales
Scientias oportet milites : quo usq; utiles sunt rei mili-
tari : nam si ob alium finem Literas huiusmodi discunt.
Sordide(ut Aristoteles inquit) & Illiberaliter agunt:
& ad Arma non conferunt,

Moralem Philosophiam . Historicam ac Disci-
plinam Militarem esse Militibus necessariā: præ-
sertim Imperatoribus: qui exercitus regunt.

G ii

DE ARM. LIT. COMP.

Vnt præter has : quas diximus. Litteras :
aliæ militibus necessariæ : præsertim Da-
cibus . Videlicet militaris . Moralis Philo-
sophia : historia . Quod quidem militaris
necessaria sit : præsertim Ducibus ex iis : quæ diximus
patet . Hæc enim docet castrametari . Menia urbium
obsidere ac munire . Aties ordinare . Vallos : & Age-
ra custodire . Hostes inuadere . Exercitus ducere ; &
alia omnia : quæ pro uictoria necessaria sunt : præ-
sertim stratagemata instruit : in quibus magna pars
uictoriæ habetur . Huius facultatis magni Magistri
fuere apud Antiquos Philippus Alexandri pater .
Pyrrhus Epirotarum Rex : & Anibal potissimum in
stratagematibus . ¶ Ex iis vero qui memoria no-
strorum patrum militarunt ex Italîs : præcipui Ma-
gistri : fuerunt Sfortia . Brachius . Franciscus Sfor-
tia . Nicolaus Piccininus . Bartholomæus Collionus .
Federichus Vrbinatum Dux magnus Armorum do-
ctor . Catamalata . Robertus Sanxeuerinus . Rober-
tus malatesta Ariminensium dominus : qui Alfonsum
Calabrorum Ducem vicit : suaq; magnanimitate Illico
veneratus : eum liberauit : & alii plurimi celeberrimi :
qui tanq; ex Equo Troiano emerserunt ab Alberici ro-
mandioli viri Illustris disciplina : qui in Italia Primus
militauit . ¶ Temporibus vero nostris ex Italîs . Ioan-
nes Iacobus Triuulsius Illustris Armorum magister .
Prosper Coluna maximus militiae præceptor : qui Anti-
quam illam Romanorum disciplinam : quam præcipue
Fabius maximus percavuit : ad nostra tempora . Reuo-

cavit; & docuit. Postea successit Illustris vir Ferdinandus Dauolus de Aquino Piscarię marchio: qui in disciplina militari Magnus etiam habetur. Fuerunt & alii plurimi ex externis: quorum praeclara gesta enarrant cum esset longum: bona fronte prætermictimus. Quod vero moralis philosophia militibus necessaria sit: præsertim Ducibus. Primo ex eo patet: quoniam hæc docet leges condere. Sine quibus nec in bello: nec in pace bene viuitur. Deinde quia hæc persuadet ad Fortiter dimicandum: ad strenue magnanimeq; agendum: ad Iniurias Populis non inferendas. Multi enim exercitus validi periere ob Iniurias Populis illatas a militibus. Quod nos vera experientia testamur: & tu Illustris Comes etiam Testis es. Populi enim cum a militibus Iniuriis præmuntur: in Rebelliones etiam aduersus numina. (Si oportuerit) mox insultant. Quod cum animaduertisset Aurelianus Imperator vir prudens ad Vicarium suum ita scripsit. Si vis Tribunus esse. Immo si vis viuere. Manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat. Ouem nemo contingat. Vuam nullus auferat: per quæ significauit Exercitum etiam Legibus esse instituendum: ac Morali Phylosophia esse comprimentum. Quod autem Historia Militibus necessaria sic: præsertim Ducibus. Illico patet quoniam oportet eos prudentes esse. Nam ut Gobrias Atheniensis dicebat: ducibus nō minus prudētia: q̄ fortitudo necessaria est. Fortitudo enim ad vincendum atq; ad resistendum plurimum valet. Prudētia vero & aduincendū resistēdūq;

DE ARM. LIT. COMP.

& etiam ad victoriam conseruandam : & ad pugnam ordinandam : & ad milites gubernandos pro necessaria est . Declarat rem hanc ita esse Epaminundas Thebanus : qui cum Imbelles milites gubernasset . Sua prudentia breui tempore ad summam fortitudinem eos revocauit . Hac ratione prudentia in Imperatore Pythagoras quasi murum atq[ue] Telum esse dicebat . Quod si prudentia Ducibus necessaria est . Historia etiam necessaria erit . ¶ Nā prudentiae tres sunt partes : præteriorum memoria : præsentium intelligentia : futurorum vero prouidentia . Ut enim Socrates testatur : prudenter virum decet præterita meminisse : præsentia agere : futuris vero consulere : memoria autem præteriorum : noticia rerum gestarum est : quam Historiam Græci appellant : quæ nec earum rerum solum est : quas Imperator ipse in vita gessit . Sed etiam quæ in suis Militibus acciderunt : nec his solis : sed aliis etiam qui Imperatoribus vniuersi olim : & nunc subiiciuntur . Quare si Militum Ducibus necessaria sit prudentia : etiam historia necessaria erit . Literas igitur Armis conuenire ex hisce perspicuum est : hinc Maro lepide inquit Romanos rerum dominos gentemq[ue] Togatam : q[ue] Romani ipsi Literas Armis coniunxerint . At : qui Literas ab Armis disiunxerunt : a Sapientibus Barbari dicuntur : & natura serui .

¶ Arma esse rei militari agendæ magis
necessaria : q[ue] Literas .

Sed cum Literæ & Arma rei militari gerendæ ne-
cessaria sint . Alia digladiatio emergit . Literæ ne rei

militari agendæ prosint magis: an Arma. Nonnulli perperam Salustii verba intelligentes: qui rem militari rem animi virtute magis q̄ corporibus viribus agi asserit. Quod etiam Cicero Libro primo officiorum explicat in sui laudem. Literas magis q̄ Arma rei militari gerendæ prodesse arbitrantur. Sed delirare meo indicio videntur: qui sic dicunt: nam ad agendum potior est causa: quæ agit: q̄ causa: quæ consultat. Arma: quæ vires militantium sunt: militant. Literæ uero consultant. Arma igitur rei militari agendæ magis prodesse necessere est. Vnde Aristoteles secundo Physicarum auctoritationum Libro ad agendum potiorem causam eam esse dicit: quæ agit: q̄ quæ consultat. Huic rei argumento nobis est voluntas: quæ actionum nostrarū magis q̄ intellectus causa est: nam ipsa est: quæ agit: intellectus autem: qui monet: consultatq;. Nec illud Salustii Ciceronisq; recte intelligunt: quoniam per animi virtutem Salustius prudentiam & fortitudinem & magnanimitatem etiam intelligit: non autem Literas: quæ de virtutibus pertractant: non enim illud Socratis verum est. Scientias de virtutibus virtutes esse: cum nec prudentia scientia sit de prudentia: nec fortitudinem Scientiam de fortitudine. Constat autem rei militari agendæ fortitudinem: & prudentiam & magnanimitatem non minus conferre: q̄ corporis vires. Immo fortasse magis. At huiusmodi animi virtutes Arma sunt: quibus utimur ad vincendum. His definitis: dilucidasq;: super est eas diluere rationes: quæ pro Literarum parte inductæ sunt. Illæ enim & si paucis verbis refutari possint: nam aut nihil probant: aut Literas præf.

DE ARM. LIT. COMP.

rendas esse Armis: non quidē simpliciter publica: atq; Dominica dignitate: sed priuata: demonstrant. Tum: ut melius veritas dilucescat: per capita ynamquamq; refutabimus.

CLITERAS ARMIS NON PRÆFERENDAS ESSE: q; inter animi bona enumeraentur.

ARgumentum igitur Primum: quod pro Literatorum parte inductum est: deletur: quoniam per Arma non instrumenta bellica intelligimus solum. Sed vires etiam animi: ac corporis: quippe cum in militando animus & corpus agant: & quidem animus potius. Est enim duplex uis. Altera corporis: quā vim robur appellamus: robur autē est (ut in Rhetoricis scribit Aristoteles) naturalis potentia: qua aptus est robustus alterum mouere: hæc non moralis uirtus est: sed corporis dispositio neruorum & ossium debita dispositione interueniente. Altera animi: quæ duplex est prudentia: & fortitudo: quæ habitus sunt: quibus quisq; contra timores & audacias: quæ in bellicis periculis cōtingunt: mediocriter se habet. Quare Arma inter animi: & naturæ bona enumeraantur. Literæ uero solum inter animi bona: quæ ratio docet. Arma Literis esse præferenda: quoniam & animi: & corporis bona sunt. Literæ uero animi dūtaxat,

CLITERAS ARMIS NON PRÆFERENDAS ESSE:
q; Arma sint a fortuna. Literæ uero ne
quaquam.

Diluitur



Iluitur etiam Arguméatum Secundum: nam Solu.^{ii.}
nec Arma ipsa: nec Armorum usus ad vincen^t Argu-
dum a fortuna sunt: sed ipsa victoria a for-
tuna est: pro qua assequenda Armis utimur.

Orator enim cum bene dicit: non a fortuna bene dicit.
Sed benedicendo a fortuna aliquando persuadet. Me-
dicus etiam cum benecurat: nō a fortuna benecurat: sed
benecurando a fortuna interdum sanat. • Est enim
oratoris benedicere. Medici uero benecurare. Sed per
suadere: uel dissuadere: sanare: uel non sanare a for-
tuna est. Eadem ratione cum Miles Armis bene utitur:
non a fortuna beneutitur: sed Armis bene utendo: a
fortuna vincit: uel vincitur. Nam Sapientis militis est
Armis bene uti: vincere autem aut vinci a fortuna.
Quandoquidem non qui vincit: bonus miles est: sed qui
ad militandum de iis: quæ ad vincendum necessaria
sunt: nihil omictit. Ceu bonus Medicus est: non qui
sanat: sed qui ad Sanandum eorum quæ sunt in arte
medendi nihil prætermictit (ut in topicis Aristoteles in
quit) Arma igitur a fortuna non sunt: si pro animi cor-
porisq; viribus intelligentur. Quippe cum corporis
yires naturæ. Animi virtutes animi bona sunt. Nec si
pro Armorum usu quispiam intelligat. Arma a fortu-
na sunt: cum Armis bene uel male uti militis sit. Vincere
uero a fortuna. Et hoc auctores intelligunt: cū rem
militarem Armaq; ipsa a fortuna esse affirmant. Intel-
ligunt enim respectu: rationeq; habita ad victoriam:
quæ non militis est: sed Fortunæ.

libro p^o

¶ Literas non esse Armis præferendas: q; Arma
sint contra naturam.

Ertia etiam refutatur: q; Arma non sint contra naturam: nam si ad defendendum Armis utimur. Arma contra naturam non sunt. Est enim defensio ut Cicero inquit primo de officiis: de iure naturæ. Sin autem ad offendendum: si Armis non perse offendendo utimur: sed per accidens: minime contra naturam sunt. Non enim contra naturam est offendere: ut defendamur. **A**mplius si Armis utimur contra hostes: pro tuenda patria: parentibus amicis: pro tuenda pietate: etiam secundum Ius Hominum est. Adhæc si contra Seuum Tyrannum Armis utimur: de morali Iure facimus. Insuper nec Arma Literas impediunt: nisi cum Literæ ad extremum usq; fuerint: nā cum Literæ moderatæ fuerint: cum Armis conueniūt. Quare cum Arma cum tantis Literis stent: cum quātis & quot beatitudo humana (quæ est vita sufficiens: & secundum virtutes) stare potest. Arma nec Literas: nec beatitudinem impediunt.

Literas non esse Armis præferendas: q; hortentur ad virtutes. Arma vero ad id qd' est terribilissimum.

Vartum Argumentum mihi perdifficile uidetur. Nam Peripatheticorum non nulli: ut Alexāder: & Aueroes nihil nostri proprium post mortem remanere putarunt: quod & Aristoteles Ethicorum Tertio sentire videtur: cū mortuis neq; boni quicquam: neq; malī inesse affirmarit. Epicurei etiam & Seneca: & plurimi Alii de certo affir-

mant post mortem nihil Hominis remanere. Cum igitur isti post obitum præmiatoriam felicitatem ab negauerint: non video cur aliquando mors vitæ præeligna sit. Quare cum Arma ad eligendam aliquando mortem cogant: penitus ab humanis bonis sunt explodenda. (Aristoteles Tertio Ethicorum inquit) Mors ac yulnera forti viro dolorosa sunt: eaq; nollet: perfert tamen: quoniam decorum est illa proferre: uel turpe non perferre: & quo magis omni virtute pollet & felicior est: eo magis ob mortem sane dolebit. Vir enim talis maxime dignus est vita: maximisq; bonis priuatur: id ipsum sciens: quod quidem dolorem affert: verum nihilominus est fortis: & eo magis: fortasse q; honestatem: quæ est in bello his anteponat. Hæc Aristoteles: per quæ Innuit Solutionem: nam finis: cuius gratia fortis vir morti se exponit: est bonum publicum videlicet honestum: quoniam est: ut tueatur patriam: parentes: amicos: religionem: & legitimam Iustitiam. Mors vero: cui se exponit: est priuatum malum: quoniam sibi soli. Subit igitur mortem per se gratia melioris boni: non est autem absurdum eligere maius bonum: dato q; ex eo assequendo per accidens minus malum eueniat. Est enim Multorū salus semper præligenda dāno vnius: quod per accidens euenit. Accedit q; vita illius: qui non se exponit morti honesti causa: turpis & vituperada est. Nullus autem studiosus debet eligere vitam (ut viuat: sed ut honorabiliter: & bene viuat.) Vir igitur fortis se exponit morti. Primo propter multorum Salutem: quæ est maius bonum: q; vita vnius. Secundo ut fugiat turpem: & vituperabilem vitam: quæ non est expetenda

DE ARM. LIT. COMP.

a viro studioſo. Quare licet nihil remaneret post obitum.
Vir fortis debet se exponere morti pro multorum salute: & ut fugiat Turpem uitam: quae non conuenit viro
persuasio bono. **Auer.** uero in preceſcio Physicarum ausculta
Auer. tionum ex duobus potissimum mortem praetendendam
esse a viro forti persuadet. Primo ex breuitate vita. Est
enim nostra uita aeterni aei comparatione: ut puncti ad
lineam: & finiti ad infinitum. Deinde quod necessario pro
pter materiae necessitatem ventura sit. Hac igitur cum
nouerit Sapiens: propriam uitam non curabit: efficie
turque fortis. Hac persuasione Sylla ut in Iugurtino
Salu. narrat Salustius monuit Bochi filium: ut fortiter di
Opinio micando morti se uellet exponere. **Seneca** uero quod &
Senec. eiusdem fuit opinio in Epistola ad Lucillum: & inde
consolatione filii sui ad Martianum apertissime morte
timendam non esse ubique his rationibus persuasit. **Nonnulli:**
qui ex naturalibus rationibus animi immortalitate probari
non posse opinantur: cum animi mortalitate fortitudi
nem (qua moriendum est: cum oportet) enī sunt copta
Auer. re: quibusdam assumptis. Quorum primum est (ut Auer,
ait) morte omnino venturam esse ex materie necessitate:
per quam & naturam: & fortunam & animi bona amicti ne
Epicu. cesse est: quod quidem patet (Si post obitum: ut Epicurei
sentiunt) nulla alia uita sit. Deinde assumunt: quod siue
serius: siue citius mors alicuius contingat: semper uita
Hippo. brevis est (ut Hippocrates inquit) Immo comparatio
ne aei punctus est: aut momentum. Tertio assumamus
bonum Diurnum bono momentario: presentaneoque
ceteris paribus melius esse: & expetibilius. Sed cum non
fuerint cetera paria: uel momentarium bonum alterius

rationis: fuerit. Aliquando momentariū eligibilius esse.

Declaratur hoc per illud Animal: quod Græci Ephe-
meron uocat: cuius vita vnius diei est. Huius enim uita meron.

Cum alterius generis sit a Lapidis duratione licet bre-
uissima sit: eligibilior est. Amplius uita humana eligi-
biliar est vita Elephanti: etiā si paruo tempore sit dura-
tura: quoniā simpliciter & absolute melius est eē hoīem
uno die: q̄ esse Elephantū ducentis annis. Quare eligibilius
est eē hominē uno die: q̄ Elephantum mille annis.

Ex iis facile patet a fortī viro: et si post obitū nihil esset:
mortē aliquā eligēdā magis eē: q̄ uitā. Nā id īpm sp eli-
gēdū: p qd' maius bonū habet: & minus boni amictit.
Sed vir fortis: q̄ morti se exponit honesti cā: maius bo-
num lucrat: minusq; malū amictit. Igit̄ debet morti se
exponere: q̄ vir fortis: q̄ se exponit morti honesti cā: ma-
ius bonū lucret: & minus malū amictat patet: quoniam
anteq̄ moriat: potitur actu fortitudinis: licet breui tpe:
quoniā nō nisi a deliberationis tpe usq; ad mortis tpus:
qd' breuissimū ē. Actus aut̄ fortitudinis est maior quo
cūq; actu cuiuscūq; uirtutis. Igit̄ breui illo tpe lucrat
Sūmū bonū: quo maius in uita h̄ri non p̄t. Amplius ex
illo lucro adhuc maius bonū euenit: qd' est multoq; sa-
lus. Quare mors eligenda est magis a viro fortī: q̄ uita.

Perdit autē bona naturæ: animi: & fortunæ: q̄ breui tpe
pdenda erat: q̄ si præligisset: uitā turpē: & uituperabile
præligisset: & nō æternā. ¶ Ut igit̄ Argumētū intel. Aſad-
ligatur sit uita viri Fortis: qui honesti cā morti se expo-
uerte.

Sit uita fugientis mortem: quæ est honesti cā.

Annus: licet incertus: ut Sylla dicebat. Patet uitam
vnius horæ eligibiliorem esse: quoniā perfectior: cum
in ea sit fruitio summi boni humani: quod est actus

DE ARM. LIT. COMP.

fortitudinē. Vīta uero annua fugienda est: quoniam
in ea summum malum est: quoniam vīta cum miserīa.

Solutio Ad argumentū igitur patet Solutio: quoniam licet
per mortem: quam fortis subit honesti causa: ammittan-
tur omnia bona: etiam breui tempore lucrantur maio-
ra bona. Si enim ex fuga mortis lucraretur Homo vītā
perpetuam: fortasse dubitandum foret. Sed quoniam
ex fuga nihil lucratur: quod non sit ammīstendum.
Ideo a viro forti præligenda est mors. Hanc rationem
considerans. M. Tullius Primo de officiis: dixit: temere
in acie versari: & manum cum hoste configere: inmane
quidem: & belluarum simile est. Sed cum tempus ne-
cessitasq; postulat: decertandum manu est: & mors ser-
uituti: turpitudiniq; anteponenda. Hæc. M. Tullius.

Scipio Aphri Quā rem olfecit Scipio Aphricanus: qui negabat cum
hoste configi debere: nisi aut occasio: aut necessitas co-
geret. Existimabat enim mortem seruituti: turpitudi-
niq; esse anteponendam. At ubi animus post obitum re-
manet (ut Plato in Phædone demonstrat) & Sanctissi-
ma religio prædicat: difficile non erit nobis defendere
mortem aliquando adeundam. Multi enim viri virtute:
& Sanctitate clari pro religionis defensione: veritateq;
ipsa tuenda mori non dubitarunt: quoniam post mor-
tem præmium non paruum consecuntur. Nec dubita-
re debent: qui in Iustis bellis præsertim aduersus infi-
deles. Impiosq; moriuntur: post obitum enim æternam
vitam indubitanter per lucrantur. Quare licet: qui
post obitum nihil remanere opinantur: fortitudinem
substinere possit: longe facilius nos a Sanctissima reli-
gione moniti: eam ipsam substinebimus: cū non modo

ex morte summo fortitudinis actu potiamur: sed post etiam summo bono fruamur.

Praferendas non esse Literas Armis: q^{uod} Arma ab iis abducant: quæ Hominibus maxime propria sint.

Nec Arma amicitiam aut pacem dissipat: quinimo has efficiunt: ac fouent. Nemo enim sine amicis fauorabiliter certabit. Utimur Praeterea Armis aduersus hostes pro amicis tueris: ut illis Iocunde in pace fruamur.

Literas non esse Armis anteponendas q^{uod} ipsas omnes virtutes comitentur. Arma vero non.

Preterea falsum est Literas uirtutes consequi omnes necessaria consecutione. Nam (ut Auer. inquit) Literati sui æui magno praediti ingenio flagitosissimi erant. Epicurei etiam doctissimi omni uoluptatis specie intemperatissimi fuerunt: ut Aristippus. At cum Arma sint vires: quibus victoram assequimur: vires autem: quibus ad uictoriā utimur Aliæ sunt animi: ut fortitudo: & Magnanimitas & prudentia. Aliæ corporis: ut robur: & vastitas. Aliæ sint instrumenta: fit: ut Arma: quibus ad uictoriā utimur: præferenda sint Literis: tanta quidem prælatione: quanta animi virtutes Literas antecellunt: quoniam non per Arma omnes virtutes consequimur: etiam Arma quadam virtutes animi sunt.

DE ARM. LIT. COMP.

CLiteras Armis non esse præponendas: q
Scientia Diis aatribuantur. Arma uero
nequaquam.

Vod uero ex Deorum Testimonio aduceba
tur: pro excellentia Armorum facit. Nam ut
Deus est sciens: ita & fortis. Est autem sciens
Scientia equiuoce dicta (ut Aueroes putat)
quare & fortis erit fortitudine æquiuoce dicta: nec Ari
stoteles a Diis remouet fortitudinem: nisi eam: qua nos
fortes dicimus: ait eos fortis non esse: quia pericula non
substinet. Ergo remouet a Diis fortitudinem nostram.
Ita quoque a Diis Scientia nostra remouenda est: quæ cau
sata a rebus est: non autem ea: quæ causa rerum est.
Erit Deus fortis: & sciens sed equiuoce fortis: & sciens.

CLiteras non esse Armis præferendas:
q Armis præcipiant.

AD haec Leges militibus non Imperant: quo
leges Literæ sunt: sed quo sunt Imperatoris.
Principis uoluntas: nec Scientia Ciuilis: quæ
est in Principe. Imperat: nisi roborata sit ab
Armis: potius enim Arma Imperant ciuili Scientia con
sultante. Sunt enim Arma tota potentia Principis vo
lens sic: uel sit esse agendum consulente Ciuali Scietia.
Legum interprates etiam militibus non Imperant pro
se: nisi per potestatem sibi delegatam a principibus: per
quam etiam Idiotæ Imperare possunt: etiam Iurecon
sultis: & Sapientibus: & Literatis.

CLiteras

DE ARM. LIT. COMP. xxxiii

CLiteras Armis non anteponendas esse: q; mili-
taris facultas lōge magis pro victoria assequēda
profuerit: q; Arma.

SEptimum quo Argumentum aboletur: quo Sol. vii.
niam diximus Literas Armis p̄dēsse: modo Argu.
quo consiliarius Principi. At cōsiliarius Prin-
cipi non pr̄fertur: quemadmodum nec in-
tellectus uoluntati: etiam probauimus Arma longe ma-
gis prodesse rei militari gerendæ: q; Literas.

CLiteras pr̄stare Armis non debere: q; sobrie-
tate inualescant. Arma uero temulentia.

Stauum Argumentum etiam facile deletur. Sol. viii.
Nam vino conualeſcunt vires corporeq;: cum Argu.
moderate ſumitur: non autem animi uirtutes.
Ideo ex hoc Literæ Armis preferendæ non
ſunt. Immo Plato afferit Militum duces a vino eſſe ab-
ſtinendum: & omnes: qui magistratum gerunt.

CLiteras non eſſe Armis pr̄ferendas: q; per
Literas Homo Diis perſimilis ſit.

DEletur Nonum per Arma enim quæ vires Sol. ix.
ſunt: etiam Diis perſimiles ſumus: non quo Argu.
Diī ſcientes: ſed quo potentes ſunt. At poten-
tia non minor in Deo eſt: q; ſcientia. Et for-
taſſe per rationem trāſcendentem maior in Deo poten-
tia eſt q; ſcientia. Licet per rationem propriā Deo equa-
les ſint: quoniam utrēq; infinitæ: & q; Literatus ſit dif-

ferens ab Illiterato: ut verus Homo a Picto: hoc est propter: quia Literæ priuata perfectione præstabiliores sunt Armis. At arma contra: quoniam publica dignitate præstabiliora Literis sunt. Etiam dato q̄ sapientis esset amicus Deo: & ei affinis: hoc est propter priuatam perfectionem: qua homo hominē superat. Non autem propter publicam dignitatem: qua Homo hominibus dominatur.

CLITERAS NON ESSE ARMIS PRÆFERENDAS: q̄ per Arma Homines Bestiis similes sint.

Sol. x.
Argu.

DEcimum Argumentum diluitur ēt. Quoniam per hoc nihil plus habetur nisi: q̄ Literæ sint Armis præferendæ perfectione ac dignitate priuata: cum quo stabit Arma præferenda ēt Literis dignitate Dominica ac publica. **P**raterea Prudētia. Fortitudo: & Magnanimitas Arma sunt: quibus ad victoriam utimur: & his a bestiis dissidemus.

CLITERAS NON PRÆFERENDAS ESSE ARMIS: q̄ ARMIS NULLA INSIT PRÆSTANTIA NISSI A LITERIS.

Sol. xi.
Argu.

VNdecimum etiam diluitur. Quoniam per Literas non habetur Armorū præstantia. Sunt. n. Arma per se digna. Veluti aurum inter metalla. Literæ igitur Armis non præstantiam tribuunt: cum eam per se ipsa habeant: sed laudem. Qui enim aurum cæteris metallis anteponit: præstantiam auro non dat: sed laudem. Qui enim virtutes Cæsaris in marmoribus: aut Literis scribit: non dat Cæsari virtutes: sed virtutum memoriam facit.

CArma non esse postponenda Literis; q̄ peruerterint auream ætatem.

Vodecimum refellitur: quoniam Arma per- Sol. xii.
uertisse ætatem aureā per accidēs fuit. Arma Argu.
enim instituta fuerunt ab hominibus ppter
bonum: quoniam ut Iura defenderentur: in
iuriæ repulsarentur: & propter alia bona. Qui igitur
Armis male utitur: facit: ut Arma sint ad malum: perse
autem sunt ad bonū: velutī nūmī perse fuerunt propter
cōmodum: sed qui utitur eis ad usuram: male utitur.

Literas non esse Armis præferendas: q̄ sint
vigor intellectus. Arma vero Corporis vires.

Sol. xiii.

Sextum decimum deletur: quoniam Aristo. Argu.
per intellectū vigentes non Literatos intelligi-
git: sed prudentes. At Prudentia inter Arma
collocatur. Est enim uis animi: qua ad victo-
riam utimur.

Literas Armis non esse præferen-
das: q̄ militaris disciplina in Ciuilem
ordinetur.

Vltima deletur ex eo quia Ciuilis facultas quæ de Sol. vlt.
legitima Iustitia est. Disciplinæ militari pferēda Argu.
est: ceu finis fini pferet: & totū parti. At arma omnibus
disciplinis pferunt: quo ille docent. Non. n. parū differt
Arma pferi Iustitię legitimę: & Ciuali facultati: quæ est
de Iustitia legitima. Præferuntur etiam Arma Ciuali
scientiæ: quæ in Legibus habet. Nā licet haec legitima

DE ARM. LIT. COMP.

Scientia sit in Principe ad bonum publicum: quasi dignitas publica: quia tamen haec friuola esset: nisi potentia: quae in Armis consistit: fuerit robورata: ideo publica dignitas non est: nisi per accidens: quatenus in Principe voluntate ac Armis roboretur. In alio enim ut in Plato ne: aut Aristo: haec dignitas priuata est: quoniam non est Armis munita. Nec uerum est Arma esse ministra ciuiis scientie: que in Principe est: nisi per modum quo Princeps fauet subditis: eisq; qui sunt Princeps impotentiores: uel modo quo ministrat Princeps consiliario. Quare patet Arma simpliciter in pace: & bello esse legitimae scientiae preferenda: quoniam nullo tempore ualeat Ciuiis scientia sine Armis. Sunt enim Arma ueluti voluntas & regia potentia: scientia ciuilis: quemadmodum consiliarius: & hac ratione unus finis est Ciuilis & Armoꝝ uidelicet bonum Ciuilis: sicut Arma excellētius ad illud concurrant: quoniam per modum imperantis. Ciuilis uero per modum consiliarii. Hactenus de cōparatione.

In Niphano Fnis. M.D. XXV.
die Tertia Augusti.

AVGVSTINI NIPHI MEDICES
DE INIMICITARVM LVCRO
COMENTARIOLVS.AD ANTONIVM ISCERAM VIRVM
EXCELLENTISS.

Verenti mihi Antoni Magnifice quid
boni ex officina mea offerre possem:
quod tibi magis utile q̄ voluputariū
foret. Comentariolus is occurrebat:
quem nuper de multiplici Lucro ab
Inimicis reportato inscripsi. Ex æquo
tibi ac aliis necessarium. In hoc enim virum declarauī
esse neminem: qui virtute: aut quo uis præclaro studio
polleret: magistratuq; aliquo aut Sceptro: aut quauis
Principis alicuius Aura: aut dignitate quantumcunq;
præstaret: qui Inimicum: aut aliquem saltem suæ gloriæ
emulum non haberet. Nam quemadmodum regionem
nullam noxiis Animalibus penitus vacuam (Qualem
Cretam historici tradunt) inuenire licet. Ita quoq; nul
lum artis: aut virtutis studium: nulla rei. P. administra
tio: nulla cuiusuis Principis aura: nullum etiam Regni
Sceptrum repertum est: quod non odium: aut inuidia:
aut contentionem (Inimicitarum fecundissimos effe
ctus) genuerit. Quare cum sine Inimicis uix aliquis
(ut mihi uidetur) etiam abiectissimus viuere possit.
Quippe cum ipse saltem amicitia inimiciis nos inuol
uant: multominus Tu qui tot virtutibus. Principisq;
Illustrissimi gratia maxime flores: huiusmodi pestis
aculeos: æmulationisq; morsus effugere poteris. Quare

DE INIMICIT. LVC. LIB. II.

bona fronte ex nostri agelli villicatione Comentario-
lum hunc tibi mitto; ut intelligas q̄ Inimici potissimum:
ii: qui capitali odio nos prosequuntur; recōciliandi sint.
Et hoc quidem cum fieri potest: de prope uero cum id
fieri nequeat: quæ bona ex eis prudentes viri reportare
cōsueuerint. Et demum quo nam pacto eis ad virtutem
utendum sit: abunde cognoscas. Arbitror enim tibi
non modo aliquid fructus me oblatum verum etiam
omnibus: qui doctrina: ac ingenio plurimum ualent:
pergratam rem facturū. ¶ Nam licet Theophrastus
vir doctissimus: & post eum Plutarchus vir magno in
genio præditus ante nos de huiusmodi re copiose scri-
pserint. Cum tamen ea protrita atq; omnino vulgaria
non sint: quæ de his scribimus: viris quoq; argutis: atq;
ingeniosis: tibi præsertim: cui natura mentis dexteritas
inest: non displicebunt. Vale.

¶ Quid Lucrum: quæq; suæ
particulæ. Cap. i.

VT igitur res intelligatur: de qua nostra oratio
futura ē. Quid p̄ lucrū intelligimus. Quotq;
Lucrī particulæ ac Species sint. Deinde quid
Inimicus: quotq; Inimicitiarū differentiæ breuiter affe-
ramus. Lucrum itaq; licet apud Auctores id assignetur:
quod ex solutum amplius est: q̄ quāti sit emptum quip-
piam. Hic tamen per Lucrū (ut Plato in Hipparcho)
idem quod bonum intelligimus: bonum enim quate-
nus æstimationem: ac prætium super addit Lucrum
Plato dicit. Hinc lucrī cupidī ab eo dicuntur: qui bo-
num appetunt. At cum bonum (ut Aristoteles distin-

guit) duplex sit; bonum simpliciter; & bonū utile. ¶ Bo Duplex num simpliciter; id definiunt quod sui gratia expetitur; bonum ut fœlicitas; quę nil aliud est (nī fallor) q̄ libera; ac Iu- Bonum cūdissima vita. Insuper fœlicitatis partes; ut Nobilitas; simpli. Diuitię Optima Soboles. Cōmoda Senectus. Salubri- tas. Forma. Vires. Proceritas. Robur. Prēterea Gloría. Honor. Prosperitas. Virtus etiam: cuius particulę sunt Prudentia. Iustitia. Fortitudo & Temperantia. Ad hæc inter simpliciter bona non nulli uoluptatem atq; eius particulas enumerant. Voluptatem enim esse simplici- ter bonum: eo persuadent Epicurei q̄ Animalia ipsam suapte natura appetāt. Voluptatis uero particulę sunt: quæcūq; Iucunda atq; Spetiosa nobis videtur. ¶ Bonū Bonum uero utile Aristo. in magnis Rhetoricorū voluminibus utile. id esse affirmat: quod iis: quæ simpliciter bona sunt: aut antecedit; aut illa efficit: aut cōseruat. Cum igit' bonum & Lucrum idem sit; sit ut Lucrī partes; & partium par- ticulæ hæ & tot sint.

**¶ Quid Inimicus; & quæ Inimicitarum
differentiæ.**

Cap. ii.

POst hæc quid Inimicus sit quotq; Inimicita- rum differentiæ afferamus. Nam licet Inimi- cus: & hostis: differant (quatenus Inimicus. priuatus. Hostis publicus dicatur) tamen Inimicū yoco quicunq; verbis uel factis sponte obfuit; aut appetit; aut studet officere. Hinc Inimicum non in iuria contrariū uocant: nam sicut Amicus est: qui nobis bonū. Ita quoq; Inimicus: qui nobis malū uult: dicēdus est. ¶ Prēterea: ut Amicus is ē: q̄ sp̄ bonū: ita Inimicus: q̄ semp̄ malū nobis inferre paratus ē. Hac rōne. Inuidos.

DE INIMICIT. LVC. LIB. II.

Maledicos. Maleuolos. Detractores. Despectores. Contumeliatores. Susurrones. Calumniatores. Subsanatores. Derisores. Rixatores. Maleficos. Iniurios. Ira-cundos. Osores. Discordes. Contentiosos. Insidiatores. Defraudatores. Simulatores siue Dissimulatores. Adu-latores: & Cæteros id genus. Inimicos nuncupamus. Hi enim omnes nobis officere verbis aut factis; appetunt; aut parati sunt.

CQd' Inimici delendi non sint. Sed humaniter reconciliandi Aduersus Peripatheticos. Cap. iii.

His Dilucidatis. Primum q̄ Inimici potissimum iū: qui capitali odio nos prosequuntur: reconciliandi sint: & quidem si fieri potest suadere enitemur. Secundo uero loco: cum id fieri nequit: quæ quoq; bona ex eis prudentes viri reportare consueuerint: enumerabitur. Postremo quomodo eis ytendum sit afferemus: ut per Primum quidem humitatem: per Secundum uero non nihil fœlicitatis: per Tertium deniq; virtutis plurimū consequamur. De Primo itaq; dicamus q̄ cum Inimicus damnosissimus sit. Insidiatur enim Inimicus anxie semper & vigilanter ansam quæritans: vndiq; vitam rimatur: nō modo trans quercū Lapides ac testas: ut Lynceus perspiciens. Sed etiā per amicos: seruosq; domesticos omnes deniq; familiares: quo ad eius facere potest: quæcunq; facis aut dicas: excutit ac intelligit. Hinc Aristoteles arbitratur Inimicos penitus esse delendos: cuius opinionis sunt omnes: qui iniurias ulciscendas esse putant. Quemadmodum

DE INIMICIT. LVC. LIB.II. xxxvii
modum Adamas: atq; Smerdes: qui verberibus cęsus
Pentilionem (ut inquit Aristoteles) octauo Politico
rum interemit. Ephori Scirapidam condemnarunt q;
a multis Iniuria esset affectus: ut sit vere dictum a P.
Nigidio yeterem ferendo iniuriam. Inuitari nouam. Iu-
stinianus Constantini filius depulsus Imperio a Leone
naribus etiam detruncatus est. Sed is recuperato Impe-
rio: quoties defluentem Pituitæ guxtam naribus deter-
gebat: toties pene ex his qui contra eum fuerant aliquę
iugulari iubebat. Brisidas cum aliquando manum in
caricis immisisset atq; a mure morsus eēt. Papę inquit:
nullum est Animal tam pusillum neq; tam inualidum
quod laceſſitum iniuria non cupiat vlcisci. Agesilaus
cum murem: qui a Puerō vincitus trahebatur. Puerum
momordisse atq; aufugisse cerneret: astantibus inquit.
Cum minimum Animal iniuria affectum afficiētes ul-
ciscatur: quid viris faciundum sit cōſiderate. Anachar-
sis Philosophus admirabatur q; ob rem Græci aduersus
eos: qui iniuriis laceſſant: legē ferentes vindicent. Athle-
tas vero qui se inuicem occurſant: ac ferūt honorent: in
Syllę sepulcro qui Innumerabiles substulit Romanos.
Ita scriptum legebatur: Nemo me amicus beneficētia.
Nemo me Inimicus in inferenda Iniuria superauit. Hi
enī & alii q; plurimi: qui Iniurias ulciscendas esse pu-
tant. Inimicos penitus delendos esse affirmant. Quod
Aristoteles peripatheticorū Princeps probauit. Primo
quidem: quoniam si equum est amicis benefacere: equū
erit Inimicis malefacere. Deinde naturale atq; naturæ
Consentaneum esse uidetur: ut alterum contrarium.
Alterū exuperet: & deleat. Quare naturali Iure: ut ita

K

DE INIMICIT. LVC. LIB.II.

loquar: factum esse censer: ut alter Inimicus: quo ad eius fieri potest. Alterum vincat: penitusq; eliminet: ac perimat. Tertio loco Inimicos abolendos esse arbitratur: & si non aliam ob causam: saltem propter uitæ securitatem. Nam ut Theodotus retulit: in contentione de liberatione Pompei: coram Ptolemeo. Ad agium est. Hominem mortuum non mordere. Nullus enim (ut inquit Eucritus) vitam sibi tutam existimare poterit: Inimicis semper: sibi mortem machinantibus.

¶ Præterea hoc idem faciendum persuadet: ob gloriæ cupiditatem. Vnde enim (ut inquit) vir sapiens maiorem gloriam cōsequi poterit: q; ut Inimicos exuperet: eos deleat: atq; omnino pessumdet: ex hoc: ut inquit. Fortitudo. Potentia: atq; Magnanimitas clarissima ratione cernuntur. Non enim Ignis inter elementa pollentior a Philosophis haberetur: nisi quia cetera omnia elementa exuperare potest: nec inter bruta Leo: nisi cetera muta Animalia sibi subiiceret. Nec Hercules: aut Cæsar: aut Alexander Fortes atq; Magnanimi habitū essent: nisi Hercules Antheum. Cæsar Pompeium. Alexander Darium viciisset. Postremo (ut inquit) Homo præcæteris animantibus est victoriarū suapte natura cupidissimus: & (ut Cicero inquit) ad Imperium natus & ad Tyrannidem regnandi causa natura compulsus. Constat autem hæc omnia Hominem consequi non posse: nisi hostes: atq; Priuati. Inimici. Fugati. Deleti: ac omnino in nihilum redacti sint. Vnde primo Rhetorico rū Inimicos vlcisci laudabilius (inquit) est q; reconciliari: quippe cum (ut inquit) malum pro malo reddere iustū sit. Quod autem est iustum: laudabile est. ¶ Præterea:

ut inquit. Fortis officium est Inuictū esse. Cuīus signū
est; quoniam uictoria & honor res laudabiles sunt. Nā ēt
si inutiles essent; eligibiles sunt; ac eximiā virtutē osten-
dunt. Propterea monet Inimicos ulciscendos esse: tum
quia Iustum: tum quia victoriā consequimur: quod
honorabile est. Cyrus vero apud Xenophontem Libro
primo: nihil est Iustus (inquit) q̄ propulsare Iniuriā:
aut pulchrius q̄ amicis succurrere. Seneca quoq; si Iu-
stus sis (inquit) non solum non nocebis: sed etiam no-
centes prohibebis. Et etiam Plato quinto de legibus:
qui non est Iniurius (inquit) honorari debet. Qui
vero nec alios id facere patitur: duplīci honore dignus
est. Ille enim vni: hic vero multis amicis comparatur.
Ob hanc causam; in eo Libro stolidum eum censet: qui
cum patrem occiderit: liberis parcit. Sic enim delendos
esse Inimicos putat: ut nec ipsi: nec eoz aliquis supersit.
Hinc quarto Ethicorum libro inquit: perferre contu-
melias seruile esse: huc accedit Cleomenis responsum:
cum interogaretur: quid bonum Regem facere oportet:
dicentis. Amicis quidem benefacere. Inimicis autem
mala inferre oportere. Alii vero: qui ferendas Iniurias
putant: ut Stoici atq; Academicī Inimicos non esse de-
lendos: sed humaniter conciliandos arbitrantur. Vnde
Ariston contra Cleomenis responsum ita inquit. Et
quanto melius o bone Cleomenes est amicis quidē bene
facere. Inimicos vero conciliare: quod quidem respon-
sum licet ad Aristonem referatur: omnium tamen con-
fessione Socratis fuit in primis. Plato etiam in Gorgia
probauit Iniuriā inferre maximum esse malorum.
Socrates autem apud Platonem eodem Libro dicebat.

DE INI MICT. LVC. LIB.II.

peius esse iniuriam facere: q̄ accipere. Quod Aristoteles quinto Ethicorum libro probauit:& non solum peius: sed iniuriam ferre fortius viro: ac Magnanimo conuenire asserebat. Quod Ouidius non Ignorauit dicens. Quo quisq; est maior: magis est placabilis Ira. Et faciles motus mens generosa capit. Deinde Diogenes & Socrates magnanimi fuisse creduntur: non in eo q; iniurias vlciscerentur: sed in eo q; res quae in fortuna essent possitæ: aspernarentur. Iniuriasq; patienter ac moderate perferrent. Pro hac autem parte sunt multi atq; generosi viri: qui cum Iniuriarum fuerint in memores: sum mopere ab omnibus laudantur. Comendant enim Marcus Catonem: qui cum a quodam in balneo percussus esset: sibi: satisfacienti dixisse fertur: non memini me percussum. Suetonius tranquillus ad sydera Vespasianum extollit: q; offensasq; minime memor esset. Viuo Cæsari Romanus populus templum cōdidiit: q; nullius iniuriæ reminisceretur. Post pharsalicam enim victoriā dicebat: nihil se libentius facere q; supplicibus ignorare: & veniam petentibus parcere. Cicero etiam in oratione ad quirites quanti fecerit obliuionem iniuriarum. His uerbis testatur: sic ulciscar facinora singula: quemadmodū a quibusq; sum puocatus. Malos ciues: rem publica gubernando: perfidos amicos: nihil credendo: atq; omnia cauendo Inuidos: uirtuti: & gloriæ seruiendo. Græci historici Epaminundam mirum in modum laudibus effuerunt: q; iniurias patiētissime ferret. Archimadas cum quidam Perillam laudaret q; in omnes pariter mitis esset: quo inquit: modo Iustus q; habebitur. Si in improbos quoq; sit mitis: atq; in eos: qui iniuriā intule-

tunt: quæ sententia. Christiano viro longe magis digna est. Rationes vero quibus Aristoteles mouetur: omnes ad homines referuntur: quo Homo Animal est natura viuens: non autem quo Ciuile atque religionis particeps. Demonax. n. Philosophus dicebat. Iniurias ulcisci feri num esse. Parcere vero veniam potentibus: civile atque humanum: nam id natura inpellente: hoc ratione suadente agimus. Quare Aristonis responsum approbo dicetis. Amicis esse benefaciendum. Inimicos vero conciliando. Illud enim Iusti. Hoc vero humanum (ut inquit Socrates) officium est.

CQuæ bona ex Inimicis prudentes viri reportare soleant. Cap. iiiii.

Post haec quæ bona ex Inimicis prudentes viri reportare consueuerunt (quod secundo loco proposuimus) summatim dicamus. Postea carptim per capita singula deducemus. Plutarchus itaque historicus vir summa eloquentia ac doctrina predictus ex cuius fontibus aliqua hic hausimus. Prudentem virum ex inimicis reportare probat omnia bona. Animi quidem: ut virtutes: corporis: atque naturae: ut sanitatem: vires: atque robur: fortunae denique: ut voluptatem: nobilitatem: diuitias: laudem: gloriam: honores: amicos atque potentiam. Nec ab ratione quidem: prudente virum dixit: non. n. ex Inimicis boni quicquam reportare poterit: quilibet Homo. Sed (ut ait Xenophon) solus is: qui & prudens: & sapiens est. Vnde Diogenis sententia cum ciuilis: tu Philoso pho dignam approbo: quod interrogatus a quodam quo pacto Inimicum ulcisceret. Si ipse: inquit: vir probus: ac honestus sis: pro quo declarauit eum hominem ex Inimicis lucrum: ac bonum.

DE INIMICIT. LVC. LIB. II.

reportare: q & probus est: & prudenter Inimicis utitur.
Hac ratione Antisthenes ad bonam frugem aspiranti-
bus: opus esse ait. Ingenuis amicis: & acerrimis hostibus.
Sic enim & libere admoniti: & seuerissime obiurgati re-
sistissent. Zeno vero dictabat. In firmi atque valitudi-
narii panem vinumque oblatum nauseabundi auersantur.
Stulti Inimicitias corrumpunt atque dissoluunt. Pruden-
tes yero Inimiciis apte uti sciunt;

CQd' ex Inimicis prudens vir Innumeris
animi dotes reportet: & quae animi dotes
sint quidque virtus declaratur. Cap. y.

Post hæc per capita: quæ proposuimus: expo-
namus. Prius tamen quid per animi dotes:
quid etiam per virtutes intelligendum sit:
breuibus resumentes. Animî dotes (ut Ari-
stotelis verbis utar) sunt animi pfectiones: quas Græci
Entelechias: nostri tum actus tum habitus vocant:
quibus aut contemplamur: aut arte cōficiimus: ut scien-
tiæ: discipline: atque artes. Virtutes vero uoco vires qua-
dam: non quæ nobis natura insunt: ut visuia facultas:
quæ nobis ex progenitoribus datur: sed quæ ex lauda-
bilibus actibus prodeunt: ut ipsis mediis bona & con-
seruemus & efficiamus. Definitur enim virtus ab Ari-
stotele: quod sit habitus: quo nihil præter leges agimus.
Huius partes sunt. Iustitia. Fortitudo. Modestia. Ma-
gnificentia. Magnanimitas. Liberalitas. Mansuetu-
do. Prudentia. Temperantia. Continentia: & cætere
id genus. Est Iustitia virtus quedam: qua singuli sua

possident: ut lex præcipit. Fortitudo virtus est: qua
 quis se periculis exponit: ut lex Iubet. Sicq; caeteras id
 genus facile definire poteris. Nunc ad rem uenio. Nam
 q; ex Inimicis viri prudentes complures animi dotes: re
 portarint: testes sunt. Diogenes & Crates: qui ab Inimi-
 cis in exilium missi. Philosophiae uiaticum fecerunt.
 Timotheus uero musicam ex Phryne nactus est. Si. n.
 Phrynis quem odio prosequebatur: non antecessisset.
 Timotheus musicus noī ita insignis euasisset. Tibicines
 enim in liberalibus dissolutos ac parū erectos uidemus.
 At quoties aduersus alios est decertandum: non modo
 se ipsos erigunt: diligentiusq; ad opus accingunt. Verū
 etiam Instrumenta coaptant chordasq; disponūt: ac lon-
 ge accuratius ipsa Instrumenta pulsant. Antiphilus
 Apellis inuidia atq; æmulatione magnus Sculptor euau-
 sit. Themistocles a Milciade cui Inuidus: ac æmulus
 erat. Militaris facultatis principatū apud Athenienses
 reportauit. Ille. n. ob honores Milciadi collatos q; Bar-
 baros in marathone superasset: tanta Inuidia correptus
 est: ut noctes in somnes exigeret: rogatusq; quā ob rem
 ita excitare. Milciadis respondit. Tropheis se excitari.
 Aristo. cū Isocratem magnam gloriā sibi indicēdo com-
 parasse: magnumq; fieri audientium cōcurrsum: nosser.
 Turpe est: inquit: tacere: & Isocratem pati dicere: & sic
 se ad oratoriam transtulit. Quicūq; n. æmulum gloriae
 ac uitæ suæ Inimicū arbitratur. Non se ipsum solū: sed
 ipsa etiam studia diligentius Intuetur: & in illis accura-
 torē se prebet. Qd' igitur ex Inimicis vir prudens mul-
 tas animi dotes reportet: ex his: & aliis exemplis q; plu-
 rimis leue est deducere.

DE INIMICIT. LVC. LIB. II.
¶ Quod diligens & prudens: vir Modestiam.
Honestatem, Temperantiam, Tolerantiam, Pru-
dentiam ab Inimicis reportet. Cap. vi.

Vod uero uirtutes diligens ac uir prudens
reportet: ex eo patet: q̄ qui Inimicos habet:
ut Plutarchus affirmit: caute uiuit: se ipsum
obseruat: nihil agit: nihil dicit: negligenter:
aut inconsiderate. Sed uitam semper in virtutibus: ceu
corpus Insana dieta insontem conseruat. Talis n̄ uiuen-
di ratio non solum affectus comprimit: & certa cum re-
gula omnia metitur: sed probē ac modestæ uitæ habitū
quendam ac institutū generat. Nam ut Ciuitates: quæ
assiduis finitimiſq; bellis uexātur. Optimas leges: opti-
mumq; reipu statum amplectuntur. Ita qui Inimiciiis:
coguntur moderate uiuere: nihilq; negligenter agere:
nec quicq; contemnere: sed omnia apte: & pro locorum
ac temporum ratione facere: ad summam quoq; uitæ in-
tegritatem. Morumq; honestatem ducuntur. Quisquis
enim illud homeri. Gauderet profecto Priamus: ad ma-
num semper habet: se ipsum diligentius: obseruabit:
ab iisq; facile abstinebit: quibus solent Inimici gaude-
re: cæterosq; deridere. Hinc fit: ut ab Inimicis in ma-
lis Tolerantiam reportemus. Nam ut Dion dictitabat:
congruum uidetur: ut qui in alios sit habiturus Impe-
rium: ipse sibi prius Imperet. Discimus etiam ab Ini-
micis prosperam fortunam satis commode ferre. Siqui
dem ut Demetrius phalereus dicebat: qui fortunam ad
uersam: strenue & generoso animo tolerare nequit:
neq; prosperam satis commode ferre potest. Reporta-
mus insu per

mus insuper Prudentiam: quoniā (ut idem Demetrius
inquit) ut iniuriam declinemus: opus est prudentia. Ut
vero offendam: matura defensione. Ad hæc etiam in ver
bis Modestiam (ut enim Antisthenes ait) Sollicitè ob
seruandi sunt Inimici. Primi enim peccata nostra sen
tiunt. Modestosq; ob hoc nos faciunt. Rursus & Tem
perantiam: unde Achilles Agamemnoni vulnerato ait
Hectori & Troianis hanc nostram similitudinem peruti
lem fuisse. Sed iam Iram in pectoribus recondamus.
Ego. n. eam nunc depono: nō enim me decet Ira semper
implacabili excandescere. Demum & honestatem in om
nibus reportamus: ac summam in omnibus patientiam:
cuius rei sunt testes Themistocles & Aristides. Themis
tocles. n. posq; naualipugna Xersem yicit: & Patriam
atq; yniuersam Græciam a barbarorum Imperio libe
ravit. Inuidiæ cessit: & decenali exilio multatus fuit: ex
cusabant id factum Athenienses dicebantq; hoc egisse:
ut animum illius comprimerent: ne gloria ac potentia
elatior Themistocles popularem æquitatem: mensu
ramq; excederet: permiseruntq; ut Thimocreon rho
dius Poeta famosum carmen in illum circūferret: quæ
omnia per libéter tulit: ut Inimicos alio pliandi genere
exuperaret. Aristides vero rerum gestarum gloria Illu
stris: patria etiam: quā seruarat: auxerat: & tanto splen
dore affecerat: electus est: & cum urbem egredetur:
non diras execrationes: aut imprecations in ciues effu
dit: ut apud Tragicos fieri solet. Sed manus ad Cœlum
tendens Deum optimum Maximum orauit. Athे
niensibus ita in posterum omnia fauste: feliciterq; suc
cederent: ut Aristidis memoria Deinceps omnibus

DE INIMICIT. LVC. LIB.II.

excideret. Nec aliam ob causam; hæc patienter tulit:
nisi ut Inimicos uirtute; ac morum probitate vinceret.

¶ Quod Prudētes viri ex Inimicis Robur. Sanitatem; ac vires reportent. Cap. yiii.

Post hæc corporis bona; ut robur. Sanitatem;
atq; vires nos ab inimicis reportare; nemo est;
qui dubitat. Mythridates enim qui ab Inimi-
cis vene no interimi timebat; adeo Antidoto se assuefe-
cit; ut non modo se in columem seruaret; verum etiam
alios quo quis veneno affectos solo tactu liberaret. Puel-
la etiā Græca; ut Galenus ipse Medicus retulit; timens
regem (qui Græcis viris fere omnibus hostis erat; ne
ab illo virginitate exueretur) adeo venenis se assuefe-
cit; ut illis veluti cibis uteretur; sicq; solo tactu Regem
comunem omnium hostem necauit. Seq; in pudicitia; ac
optima sanitate seruauit. ¶ Præterea qui Inimicos ha-
bet; seruare se cupit; ut ulciscatur; unde Theocritus me
seruo nō ut viuam; sed ut iniuriā mihi illatā ulciscar.
Robur vero ac vires; licet e natura ipsa trahant; tamen
assuetudine etiam mirum in modum exacuuntur; ue-
luti ferrum ferro. Quam ob rem; qui suis Inimicis se
imbecilliores sentiunt. Magnis ut Vegetius inquit. La-
boribus assuescant. Sic enim Inimicos exuperabunt
& vincent; huius rei testimonium nobis affert Aper-
mutum animal; qui antequā cum Inimico confligat;
dentem Lapidibus exacuit. Hanc ob causam Isocrates
Gymnicos Ludos; qui apud Græcos agebantur. Sum-
mopere laudauit; q; languida corpora robustiora red-

derent. Viresq; longe maiores q; quæ a natura sunt; effi-
cerent. Thebarum ciues a Spartanis ipsis haud secus ha-
bebantur: q; contra Leonem pecora: verum cum disci-
plina Epaminundæ optimæ essent Instituti: aduersus
Spartanos dracones euaserunt. Cæsariani cõmilitones
fortissimi apud Romanos censebantur: non natura qui-
dem; sed disciplina atq; exercitatione. Pompeiani vero
contra: cum ab Artaxerxe quereret: quispiam quo nam
modo posset Inimicum suum superare: si suas inquit
vires continue exercuerit: nec Inuria Rex ille ita respon-
dit. Nam (ut aiebat Pyrrhus) animus obseruatione:
eorum quæ in uita accidunt: prudentior euadit. Corpus
vero: exercitatione: ac periculis validius ac robustius:
vegetatur.

CQuod voluptatem ex Inimicis prudens
vir reportet. Cap. viii.

Voluptatem uero ac complures animi delecta-
tiones prudetem virum ex inimicis ipsis repor-
tare testatur ratio: quæ ex ipsius iræ definitio-
ne colligitur. Est enim ira vltionis appetitio. quæ ex In-
uria nobis illata emergit. Vltionis autē appetitio; licet
cum dolore sit. Iucunda tamen est: atq; voluptuaria.
Tumquidem propter vltionis spem. Iucundum enim
est. Siquis putat ea se consecuturum: quæ expetit. Itaq;
recte illud Homeri de ira dictum est: q; defluente melle
dulcior in virorum pectoribus gliscat. Tum etiā: quia
irascendo cogitatione moremur: quæ imaginatio volu-
ptatem similem ei efficit: quæ in somnis accidit. Deinde

DE INIMICIT. LVC. LIB.II.

nemo (ut ait Aristoteles) irascitur ei qui potentia excedit: quoniam eum ulcisci putat difficile. Sed cum Irati excedere Inimicos imaginemur: sit ut imaginatione excessus: uoluptatem non paruam consequamur. Ad hanc victoria lucundissima est: quare & vincendi spes non nihil lucuditatis afferet. Iratus autem non modo vincere Inimicum sperat: sed ulcisci quoque. Non ergo absque ratione ex Inimicis voluptate (quae ob iram sit) reportamus. ¶ Aliud etiam uoluptatis genus ex Inimicis reportare solemus: cum nobis Iniuriam intulerint: ex ipsis dei prouidentia; qui (ut Aristoteles in magnis Rhetoricorum voluminibus ait) Iniuria vexatis opitulari creditur. Nec solus deus: sed obscuri quoque Homines: atque in seruitute constituti Iniuria vexatis opitula ri enituntur. Cum n. Asdrubal Amilcaris gener Hispanum quendam virum clarum & Innocetem interemisset: ipsius seruus occasionem nactus nequaquam: suæ uitæ oblitus. Asdrubalem gladio transegit: qui cum a militibus: quibus ille stipatus erat: comprehensus erat. Inter tormeta risu exultabat: quod Iniuriam iuste ultus esset.

¶ Quod ab Inimicis prudens vir Laudem: atque gloriam reportet. Cap. ix.

 X Inimicis etiam non raro viri fortes laudem ac gloriam reportarunt: quae est opinio quaedam bona quae de aliquo habet quod sit bonus: ea virtute: quam omnes: aut plures expectunt: quod autem ita sit: testatur Pompeius: ipse enim cum fugisset (dicente Nonio) adhuc Aquilas Septem apud se esse: ac Iccirco bono esse animo hortante; bene

inquit: moneres: si cum Gracculis bellum nobis esset: per quæ non paruam laudem Cæsar is Indicauit. Metellus Macedonicus. Scipionis Africani morte audita, licet essent inter illos testatae Inimicitia, concurrite: inquit. Ciues. Menia vrbis nostræ eversa sunt. Quæ enim Inimici laudant. Hæc sunt bona. Non enim laudant nisi veritate compulsi. ¶ Præterea ob victoriam: quam ex Inimicis viri fortes reportarunt: sepius a Poetis laudibus Summis extolluntur: ut ab Homero Achilles: a Virgilio. Aeneas: a Lucano Cæsar: ab Historicis fere omnibus Alexander: a Salustio Sylla. Marius Metellus: a Plutarcho omnes viri strenui.

¶ Quod Nobilitatem Diuitias: ac Potentiâ reportant ex Inimicis Prudentes viri. Cap.x.

 Vod autem ex Inimicis viri Prudēs Diuitias. Nobilitatem. Potentiâ: & demū Regna reportat. Primi gentiū Reges nobis declarant: qui exortis in mundo Inimiciis ac bellis: a suis hostibus Ingentes diuitias: generosam sobolem: ac permanentem nobilitatem. Potetiā validissimā: regnis sub actis amplissimis in patriā trāstulere. Nam cum Ninus Assyriorum Rex veterem & quasi auitum gentiū morē noua Imperii cupiditate mutasset: primus intulit bella finitimi: & rudes ad huc ad resistendū populos ad terminos usq; Libyę perdonauit. Sicq; regnum fertur amplificasse: & ex victoria contra Zoroastrē bactriano. tum Regem Ingentes diuitias rettulisse. Quamquam illo occiso: & ipse decessit. Arbactus Sardanapali interactor Rex Creatur: & Imperium ex Assyriis ad Medos transtulit. Cyrus ex victoria Astyagis Regis

Medorum regnū in persas trāstulit. Ex victoria Crœsi ingentes diuitias. Cambyses cyri successor ex egyptorū victoria. Imperio patris egyptum adiecit. Cesar a Pompeio & Sylla a Mario dictaturam. Alexander a Dario Regnum sibi compararunt. Deniq; (ni fallor) Inimicorum fuit nullus; quin exuperatus; magni quicq; afferret. Vnde nō ab ratione dicunt historicī deleri Regna. Imperia; ac status; deletis penitus hostibus. Quod per pulcre Scipio ille Nasica significauit. Nam cum quidā deleta carthagine. Acheisq; in seruitutem redactis dicarent; res Romanorum in tuto esse; immo in magno inquit periculo sumus; per quæ declarauit deletis Inimicis; etiam Regna ac Imperia penitus deleri. Vere igitur ab Empedocle dictum est; līte & amicitia omnia constare; esseq; rerum principia.

¶Quod honores ex Inimicis reportantur.

Cap. xi.

INsuper Prudentem virum ex Inimicis honores reportare ex ipsius honoris particulis perspicuum est: quæ (ut Aristoteles inquit) Sunt sacra quæ ex oblatione victimarum Regibus a getibus ob uictoram ab hostibus reportatam offerebantur. Memorationes; ueluti cum natales quot annis celebrantur. Decantationes ad eorum laudes: ut Orpheus. Museus: & alii. Templa & Aras Regibus quos Heroas dixerunt erigebant: eosq; ut numina veteres colebat. Primi Confessus. Triumphi. Coronæ. Annulli: quæ his exhiberi solebant: qui uictoram ex hosti-

bus reportabant. Sepulcra. Monumenta ornatissima. Barbaris Pyramidibus victorisq; Insignibus: atq; Trophæis decorata. Imagines. Exemplaria. Picturæ. Statuæ: quæ in defunctorum memoria seruabantur: eoru vide- licet: qui strenue certarunt. Publici victus. Publica Ali- menta: quæ temporibus nostris tributa Regibus sunt. Ad hæc honoris inditiae: ut inclinari: genuflectere: ad aperto capite assurgere: loco cedere. Adorationes. Mu- nera: & id genus: quæ non offerebantur (nisi his) qui ex hostibus victoriam consecuti essent. Has enim hono- ris partes: & his plures viri prudens: & fortis ex Inimi- cis reportat: & ad uictoris honorem hæc & complura alia veteres facere consueuerunt. Horu testimonia affe- runt nobis. Cæsarum. Regum. Ducum: atq; validissi- morum virorum Triumphi: ac honores: qui a gentibus usq; ad nostra tempora seruantur.

¶ Quod ex Inimicis Amicitia: & Amicorum de- clarationes reportentur.

Cap. xii.

Aribitrat sunt non nulli Inimicos eo potissi- mum malos eē nobis: quod rem nobis Iucun dissimam auferant: atq; deleant: ut Amicitia. Est enim Amicitia (ut Aristoteles inquit) potissima fœlicitatis pars. Quippe cum sine Amicis felici- citatem nullus eligat. Et (ut Demonax dicebat) Ma- ximum in rebus humanis bonorum omnium Amicitia existimanda est. Verum (ut Plutarchus affirmat) hoc ipsum boni potissimum Inimicitia habet: q; Amicitiis nos inuoluant. Quod cū Chilo ille sapiens animaduer-

DE INIMICIT. LVC. LIB.II.

tisset:quendam qui neminem se Inimicum habere dicebat. Interrogavit an ne amicum haberet. Amicitias Inimicitiæ inuicem consequi necesse esse (ut ait Gellius) Arbitratus. Vnde non ab re Lacones Inimicos parere Iuuenum cotem dixerunt. Nam cum eorum Rex polliceretur urbem se esse euersurum: quæ Lacedemonios saepe molestia infestasset: non permiserunt ephori: dicentes ne destruas: tollasue Iuuenum cotem; atq; Amicitiam. Ononiademos in chio suos admonuit: ne omnes aduersæ factionis expellerent: ne eruptis penitus Inimicis incipiamus inquit: cum Amicis dissentire. Qua propter quæadmodum sublatis feris: brutisq; Animalibus ferina plane hominis uita agrestisq; redderetur: sic Inimicis penitus abolitis (ut Plutarchus inquit) Hominum vita abiuncta: atq; Iniuenda fieret sibiq; ipsi Inimica. Inimici insuper amicos nobis ostendunt: ac declarant: nam qui in felici rerum successu amicos se offerebant: eos an amici sint. Inimicitiae quæ emergunt: demonstrant. Epictetus facillimum ait in felici rerū successu Inuenire amicum verum ubi prater uotū viuitur: perq; ambiguum. Aduersæ enim fortunæ necessitas amicos explorat: hostes deprehendit.

¶ Quod in male dicendo atq; conuictis obiiciendis Prudens vir ab Inimicis moderationem reportet. Cap.xiii.

S Ed curo inter Inimicos non nunquam conuicta obiici consuerint. Inimici Prudentem virum (ut ait Demostenes) Silere cogunt: q; si ad conuicta aliquando prouehetur: sei pum ab iis;

ab iis: quæ probro sibi uertunt: quātū possit retrahere se
debet. Se ipsum primo intueri: ac animū inspicere: & an
aliquid sibi putidū sit: diligenter cōsiderare: ne sibi vici
ni fortassis in autem tragicū illud obiificant: aliorum es.
Medicus ipse ulceribus plenus. Quicunqz. n. alterius
vitam carpit. Si suam continuo intuetur: ac corrigit.
Et quod potest longissime ab iis: quæ reprehendit: abducit:
non nihil utilitatis ex ipsa reprehensione percipiet: re
alio qui vana: & inutili. Qui uero: cum ipse caluus: aut
Gibbosus sit: aliis per conuitiū hæc ipsa obiicit: passim
ab omnibus deridetur. Stultum enim & plane: ridicu-
lum in alios dicere: & reprehendere quod continuo pos-
sit retorqueri. Sicut Leon Bizantius: quum Gibbosus
quidam hebetudinem oculorum ei obiecisset: humanū
inquit mihi morbum exprobas: ipse in dorso gerens vin-
dictam. Itaque neque debet adulterum quemque appellare: si
ipse fuerit pedico: nec prodigum: si ipse sit avarus. So-
let enim (ut ait Sophocles) is qui Lingua temere
laxat: inuitus audire quæ sponte dixit. Exemplum
huius rei: affert nobis Adrastus: nam cum Alcmæon:
ad eum diceret frater es mulieris: quæ maritum occidit;
at ille: non alienum Alcmæoni: si proprium obiicit cri-
men. Tu inquit matrem quæ te genuit propria manu
necasti: & ad Crassum Domitius: non ne tu murenam:
quam in piscina saginabas: mortuā fleuisti: at Crassus.
Tu vero cū tres edomo tua vxores extuleris: ne lachry-
mam quidē emisisti. Hoc igitur pacto non nihil Lucri
faciunt qui in aduersarios conuitia dicunt.

¶ Quod Inimicis ad viuitum yten-
dum sit.

Cap.vlti.

M

DE INIMICIT. LVC. LIB.II.


 Væ bona ex Inimicis reportentur : ex hisce patet . Restat nunc : ut Tertio loco exponamus : quo nam modo eis utendum sit . Plutarchus itaq; historicus yir; magna eloquentia . Sūmaq; doctrina prædictus Inimicis non ad vitium : sed ad virtutem utendum esse censet . Nam quemadmodum venenis non nunquam ad nostram salutem : non nunquam ad perniciem vtimur : ita quoq; Inimicis interdum ad virtutem : aliquando ad vitium uti possumus . Ad virtutē vtimur : cum prauas affectiones in eos eiiciimus . Nam cum omnis galerita (ut ait Simonides) criſtam habeat : nemocq; reperiatur : qui interdum contentionē : emulatione atq; Inuidia viris (ut inquit Pindarus) stultis amica : non excandescat : nihil utilius quā huiusmodi malas affectiones in Inimicos expurgare : & tanquam cloacas a familiaribus atq; amicis q̄ potest longissime auertere : qua propter merito Philippus Alexandri pater laudatur : q̄ excandescientiam in hostes exerceret vituperaturq;. Alexáder : q̄ iratus in Amicos seueret . Hoc (ut michi videtur) Ononiademos vir in administranda re . p. peritissimus intellexit : qui cum in Chio ex parte victrixi in publica dissensione fuisset : suos admonuit ne omnes aduersæ factionis expellerent . Nam nostræ inquit prauæ affectiones si contra Inimicos hebetatae atq; consumptæ fuerint . Amicis erunt minus molestæ . Neq; enim figulum figulo (ut putat Hesiodus) necq; Poetæ Poetæ inuidere decet : nec dolere si vicinus aut nepos : aut frater diuitias assequatur : resue prosperæ succedant . Sed si alia ratio

DE INIMICIT. LVC. LIB.II: xlvi
nulla sit · Litis Inuidiæ: ac contentionis tollendæ assue
fse te moleste ferre : cum Inimicis Secunda fortuna
aspirauerit : cum illis Inimicitias exerce : & omnes in
eos Inuidiæ: ac contentionis faces accende · Ut enim
periti elegantesq; hortulaní rosas: ac uiolas suauiores
reddere solent . Si halia prope : cepasq; plantauerint
(secernitur enim: in illa quicquid asperum : aut graue
olens in Letamine terræ continetur) Ita Inimicus om
nem nostram inuidiam & malitiam in se recipiens . Lu
cundiores nos Amicis prospere agentibus ac minus
molestos efficiet . Proinde Inimicis ad virtutem vti
mur : quando cum illis de Gloria : de Imperio : deq;
omni Iusta bonorum acquisitione certabimus : non
egreferentes : si aliquid amplius q; nos possideant . Sed
obseruantes : diligenter quibus artibus : atque virtu
tibus illud assecuti sunt : ut conemur pro virili eos
cura . Industria . Modestia : atq; Diligenti circunspe
ctione superare : quemadmodum Themistocles dice
bat . Milciadis victoriam in Marathone non pati se
dormire . Qui enim circa Inimicum non Cœcutit: nec
solum vitam : & mores . Sed dicta quoq; eius : & facta
diligenter excutit : & examinat : facile intelliget maio
rem eorum partem : quæ ei Inuidemus: eum Curando:
prouidendo : recte omnia agendo sibi comparasse : ad
quæ dum aspirat: honoris : ac honestatis studium exer
ceat necesse est . Oscitationē uero oēm & inertiam pror
sus eliminet : & ut breuibus rem oēm: absoluamus: cum
amās in re amata cœcutiat (ut ait Plato) faciliusq; Inimi
cum errantē: ac delinquētem q; Amicū: sentiamus: necq;
M ii

DE INIMICIT. LVC. LIB.II.

Gaudium de eorū erratis: neq; tristitia de ūis: quæ recte
agunt: ociosa esse debet. Sed utrunc; diligenter expen-
damus: oportet: ut illa vitemus: quo ipsis meliores
euadamus: ista imitemur: ne deteriores simus: hoc enim
modo est ad uirtutem uti Inimicis. Patet igitur ex hisce
Inimicos non esse omnino delendos: sed humaniter re-
conciliandos: cum vero id fieri nequit: eos non inuti-
les esse. Si quidē & animi & corporis: & fortunæ bona
prudentes: ac boni viri ex eis reportare consueuerint.
Insuper perspicuum est Inimicis non ad vitium: sed ad
virtutem esse ytendum. Quoniam conceptam Iram in
eos tanquā incloacam expurgamus. Sic enim non Ina-
nes habebuntur. Et de Lucro ex Inimicis reportato
Hactenus.

APOL. SOC. ET ARIST. LIB. III. xliiv

AVGVSTINI NIPHI MEDICES
SVESSANI SOCRATIS
ET ARISTOTELIS
APOLOGIA.

AD LVDOVICVM CAÑOSSAM
VERONENSEM EPISCO-
PVM BAIOCENSEM.

GVm Multa iam pridem: & a multis
dignissime præful tuis de virtuti-
bus prædicari audiuerim. Quæ cu-
iuscunq; animum vel Inimici ad te
diligēdū inuitare potuissent. Non
mirum si me erga omnes in quibus
virtutis vestigium appetet propen-
sum ad eundem amādum: colendumq; inflamarunt.
Nec ex illis præclaris dotibus tuis tantum me alllexere:
generis claritas: aut fortunæ splendor: quantum Inge-
nii præstantia: & festiuitas: Morumq; Iucunda graui-
tas: nec non ab elegantioribus musis: animus non ab
horrens. Et quo præcipue delector venationis studium
non pœnitendum. Vnde non parua semper animo cu-
piditas increuit talis ac tam magni erga te mei studii
significandi. Quodquidem alio pacto a me fieri posse
non videbam: nisi te cum aliquo ex mei agelli fructi-
bus salutarem. Quem cum sterilem obsoletumq; ob-
meas infinitas occupationes: quæ me ab eo colendo
irrigādoq; nimium distractere comperire. Meo frusta-
tus voto ab incepto destiti donec noster florimontius.

APOL. SOC. ET ARIST. LIB. III.

Qui hanc mecum egit æstatem suis contentiosis disquisitionibus usque adeo sopitum mihi stimulauit Ingenium: ut plures controversas Philosophorum sententias coegerit explanare. Quarum vnam hanc quam Socratis & Aristotelis apologiam libuit appellare: a ceteris se legi: tuocq; acri Iuditio subiiciendam statui ut sit pariter Iuditium meę erga te volūtatis: & futuræ nostræ consuetudini Auspitium non vulgare. Vale.

APOL. SOC. ET ARIST. LIB.III. xlviij
AVGVSTINI NIPHI MEDICES
APOLOGIA SOCRATIS
ET ARISTOTELIS.



Oocrates (ut Plato scriptum reliquit) Pontifex dignissime cum capite ab Atheniensibus damnaretur: eius facultas a discipulis facile tradetur: e carceribus aufugere recusat. Aristoteles uero: ut ab iis qui vitam eius memoriae mandauerunt: accepimus: cum in pietatis accusaretur: eius dies ab Eurimedonte uel (ut alii tradunt) ab Hierophane diceretur: defensione (qua de se ipso agressus fuerat) intermissa: securitate vita fuga sibi quesuit: in Chalcidemque migravit. Hinc olim non parua apud viros cum naturae. Tum morum doctrina præditos dubitatio emersit: recte ne uterque fecerit an non? Nam sunt: qui rationibus non spernendis Socratem incessant: quod videlicet summus naturae imitator: naturae iura contempserit. Quandoquidem est omnium amantium generi a natura tributum: ut se uitâ corpusque tueatur: declinetque ea quæ nocitura videantur: omniaque ad uiuendum necessaria inquirat: & paret. Videmus namque ea omnia siue agrestia: siue urbana in vinculis detenta contra invasuros siue Homines: siue Bestias validissime repugnare: quæ quidem cum ad Hominum usum & comoditatem natura ipsa genuerit: non minori Iure nobis: quam mortis reos Principis alicuius Imperio subiectos esse manifestum est. Vnde naturale sumi potest argumentum. Si mutum Animal nullam sui corporis

habens potestatem hominumq; voluntati prorsus obnoxium: ut se vitamq; tueatur potest & debet aduersus quæcunq; contraria repugnare: seq; in libertatem quo quo pacto poterit: uendicare a natura docetur. Quâto magis homini Animalium præstâtissimo: natura ipsa duce præcipue uiuenti. Vitam libertatemq; quam iure suo conseruare potest; defendere cōseruareq; licebit. Ipsi præsertim Socrati qui ab Atheniensibus iniuste (ut Plato plane demonstrat) condemnabatur. Nam quis sane mentis est qui ambigat. Cum quis se culpa vacantem nullius facinoris consciuum nouerit. Iniqui iudicis iniustam sententiam totis viribus declinare debere. Sibi quoquo pacto salutem querere. Et si non sui gratia: saltē ad errorem Iudicis prohibendum. Quo quidem prætextu astute quidem usum fuisse Aristotelem dicunt cum dixit. Noluisse se commictere Athenienses in Philosophum bis errare: nam non minus in causa est qui errandī ansam aliis porrigit: quam his qui recto calle ab ipsa deficit agendī recta ratione. Quod etiā ab illis confirmatur qui dicunt: licere cuiquam uel coram iudice perierare ut Capitis discriumen uitare possit: lege scilicet dictante ut nemo se perdat in publico. Quod si perditis hominibus hoc vicio non datur. Quâto minus probedari potest viro integro puro atq; intemerato impias iniustasq; iniqui iudicis vitare manus? Sed longe magis errasse uidetur Socrates quod: potens suę Saluti fuga consulere: pertinaciter stans iniquorum iudicium sententia mortem sibi ipsi consciuisse uidetur. Quod quidem quam alienum a recta sit ratione. Ipse met Socrates diuinis Platonis verbis in Phedone apertissime demonstrat.

Nemo.n.

Nemo enim ibit inficias retinendum esse animum in
 custodia Corporis: nec iniussu eius: a quo ille est nobis
 datus ex hominum vita migrandum: ne munus huma-
 num assignatum a deo effugisse videamur. Ipse quoq;
 Aristoteles non iniuria molles: effimatosq; eos appellare
 viſus est: qui nequo dolore vexentur alteri ue indi-
 gne subiificantur: mortem sibi consiscunt. Vnde ethico-
 rum tertio inquit. Mortem autem sibi conciscere ob fu-
 giendam paupertatem: aut Atmorem: aut molestum ali-
 quid: no fortis est hominis: sed potius timidi. Est enim
 Mollities laboriosa fugere: atq; no quia res est honesta:
 appetit mortem: sed quia malum fugit. Nec minus Cri-
 tonis rationes Socratis paruicatiā secum de hac re dis-
 serentis arguere videtur. Suadebat enim ut saltem ami-
 corum parceret honor: ne scilicet eorum ignauiae auari-
 tiae ue mors eius tribueretur. Quandoquidem difficile
 quis induci potuisset ut crederet Socrate noluisse. Sed
 potius non potuisse a Carceribus aufugere: quæ com-
 munis hominum opinio no nisi dedecori omnibus: eius
 amicis præsertim futura esset. Eo magis q; eius accusa-
 tores uiles erant: & pauci momenti: pauca pecunia: nul-
 log; negotio expugnabiles. Addebat etiam Crito q; ni-
 mium seuiret in se ipsum Socrates: quando ea sibi met-
 consciceret: quorū peiora nulli uel Inimicissimi in eun-
 dem desiderare possent. Sed si omnia hæc Socrati conce-
 derentur: quid nam ad id quod Postremo Crito obiicie-
 bat: afferrè potuisset? Non. n. inficiari poterat se filios
 genuisse: illosq; ut par erat: nutrire: erudireq; debere:
 omniaq; quæ illum ab eorum cura dimouerat: omnino
 caue re: nec dubium erat (eo mortuo) magna illis im-

pendere detrimenta : quare si non sui : saltem filiorum
gratia se ipsum ab in iustis iniquorum iudicium mani-
bus liberare debebat . Demū urgebat fortius in seipsum
(si natos negligenter) patriam ; amicosq; quibus præci-
pue natus esset : sua spe fraudare non debere . Quibus
omnibus mors eius magno esset futura detimento .
Hæc & huiusmodi aduersus Socratem a calumniatori-
bus adducta comperimus . Aristotelē vero acutioribus
impetu telis leuioriq; (ut mihi uidetur) veneno tinctis
transfigūt iaculis . Aiunt enim longe preclarus in cubi-
culo ociosaq; quiete uirtutes ipsas depinxisse : q; postea
in arena perductum eaꝝ usum alios edocēdo prestare .
Quid enim absurdius excogitari posse dicunt ; q; virum
Philosophiam tantopere professum ; in ipsa naturę rerū
penetralia longe ceteris antegressum ; qui mores homi-
num certis cōcluserit limitibus ; uirtutes & uitia per mi-
nimas distinxerit partes : leges hominibus grauissime
descripsiterit ; fortitudinem insuper ipsam præ ceteris vir-
tutibus tantopere extulerit ; res humanas contēendas
esse nulliq; faciendas disertissime edocuerit) postea eti-
te confectum iura omnia ; humana ; diuinaq; prætimore
mortis spreuisse ; rupisse ; & euertisse . Quodq; detestabi-
lius videtur nō solum sibi turpem hanc inuslit impieta-
tis notam ; verum e cuiuscunq; sortis hominibus suo
exemplo peccādi prebuit occasiōē . Nam quis ynq; erit
qui non quantulum uis cōmodum cuilibet sanctiōni fa-
cile anteponat ; legibusq; qualibuscunq; parere negaue-
rit ; si Aristotelem audiuerit legum omnium authorem ;
breuibus carceribus sanctiones leges facile cōtempsisse ;
& plane qui uis ob id factum suspicari poterit illum qui

tam multa de virtutibus hominūq; officiis : diuinis hu-
manisq; legib; perscripsit : non ita (ut scribebat) sen-
tire : sed ut sui tantum ingenii subtilitatem : doctrinæq;
eius specimen ostentaret : uel perinde leges esse doceret :
atq; aranearum telas (ut Anacarsis dicebat) ad cohi-
bendos puniēdosq; viles tantum : pauperes : & abiectos
homines . Quin etiam sibi met tantum virum non pu-
duit repugnare : qui dixit . vii . & . x . ethicorū : decere virū
ingenuum mortē potius subire q; quidq; turpe cōmictē
re . Hęc & huiusmodi sunt : quæ aduersus tantos Philo-
sophos ab eoꝝ aduersariis adducuntur . ¶ Rōnes vero :
quibus hę diluantur Calumnię : non est facile inuenire .
Persequat tamen illorum defensionē : & si non eam qua
omnibus satisfecisse cupio : illam saltem quæ mihi hac te-
nus satisfacit . ¶ Et primo Socratis defensionē aggre-
diar : ea mihi sumendo quæ Plato ipse partim in Apolo-
gia : partim in eo dialogo : quē de illo conscripsit : accepi .
Primum quidem nulli licere quicq; cōtra leges & statu-
ta patriæ suæ nec illis obsistere & repugnare : uel iniuste
principientibus : quod bona ratione firmatur ab eodem :
quoniam nulli dubiū est : legib; sub quibus pascimur
vivimus & enutrimur : iustasq; esse fatemur : obedien-
dum esse nec aliquo pacto illis a nobis refragandum .
Quandoquidem maiore seruitutis vinculo ciuem esse
censet legib; patriis obnoxium q; patri . Hero : domi-
noq; cuicunq; . Quare si Iniuste facit filius patri : quo-
modolibet Imperanti non obtemperans : & seruus domi-
no repugnans : longe iniquius & nature rebellius ager .
Ciuis qui dum legibus quas : libere professus est : nō ob-
sequitur : sed illas ob sui cōmodum peruerit & spēnit .

Civitatem ipsam quæ legibus illis regitur & gubernatur: pessundat: corrūpit: & perdit. Deinde legem fuisse Atheniensibus supponit: qua cauebatur quibuscunq; ab Iudicibus iudicatis omnino standum esse. Quibus argumentis motus ille virtutum omnium constantissimus obseruator: iustitia&q; præsertim professor ardentissimus: ab officio discedere: patriisq; legibus: quas ipse tota vita coluerat refragari nullo pacto passus ē: omni mortis uel uitæ discriminé contempto iudicium sententiæ: uel iniuste standum esse decreuit: illorum exemplo fretus: qui ab eorum patria ad bellum missi nullo unq; mortis metu deterriti: loco cedere: ordinemq; turbare turpissime ducunt: multoq; magis repræhendendum existimant: patriæ vim inferre q; patri violentas manus iniicere: nullamq; maiorem: atrocioremq; vim patriæ inferri posse opinabatur: q; illius legibus quibus illa constat manet & regitur: non obtemperare. Iustissimis igitur de causis vir sine controuersia omnium Sapientissimus cum a Iudicibus suis: licet iniquis: mortis reus geretur: e carceribus aufugere recusauit: legibusq; patriæ potius obedire maluit: q; propter pauculos: quos fortasse victurus fuisset dies: earum minuere potestatem: seq; illarum dominio clam subripere Imperioq; subtrahere. Quandoquidem (ut aiunt) detentus in vinculis capiteq; damnatus nullam amplius sui corporis habet potestatem: nec quidem quo ad usum cum vinculis impediatur: nec (ut dicunt) quo ad proprietatem: quoniam statim de capite eius per pretorem prolatâ sententia: non est amplius sui dominii. Sed reip. aut Principis est possessio. Nullo igitur pacto poterat So-

erates e Carceribus aufugere; tum quia leges peruerteris.
 set: quibus obedire re & verbis omnino promiserat; tum
 quia rem alienā corpus: videlicet quod nō amplius erat
 suū: furto subtraxisset: q̄ vero turpe sit & alienū a yiro
 sapiente furari yniuersa manifestat Philosophia. Acce-
 dit ad hæc q̄ qui semel capite damnatus est: si quid ad-
 uersus eius Principe moliatur reus est maiestatis: quod
 quidem in sacris explicatur historiis: his Pauli verbis:
 qui diuinæ ordinationi resistit: damnationem acquirit:
 nec dubium est eum ordinationi resistere diuinę: qui ad
 uersus Principe cui parere debet: machinatur. ¶ Ea au-
 tem: quæ Socrati obiiciebantur non est difficile diluere:
 Et Primum quidem: quoniam nō decet homines ad hu-
 manam fœlicitatem adipiscendam natos ea omnia age-
 re: ad quę natura iþa nos impellit: sumus etenim omnes
 ad extrema: a natura ualde propensi: facileq; ab eo medio:
 quod a virtute tenetur: defluere labiq; proclives. Quam
 obrē data est nobis extractio quæ nos ad ea: quæ iusta:
 & honesta sunt: dirigat & impellat: impetusq; nobis a
 natura datos regat & moderetur: quod pulchre doctor
 ille gentium explanauit cum dixit. Se sentire rationem:
 quā legem mentis naturæ: quā legem corporis nuncu-
 pauit: repugnare: & si ea quę post Socratis mortem uisa
 sunt in penam iudicium: & ciuitatis ultionem plane testi-
 ficientur. Socratem iniuste fuisse damnum: & ipse met
 Socrates vir Sanctus: & Intemeratus id certo sciebat:
 tamen non erat ei: propterea e carceribus aufugiendū.
 Quādoquidē tenebatur integrē p̄stare: quod religiose
 firmauerat: patriis scilicet obedire legib; iusta siue in-
 iusta imperantib; (quarum yna cauebat) standum

esse iuditatis. Erat etiā Socrates priuata ciuitatis persona: cui nec se ipsum appellare licebat: nec aliū ad quē prouocaret; habebat; nec eius fuga post latā sentētiā Iudices ab errore poterat liberare. Iacta n. erat alea: nec si potuisset efficere: debebat: ne s. dum aliorū consuleret

Dubō. integrati: defuisset suę. An uero mētiri liceat corā iudicibus ad uitandū mortē: nō pua inter officiorū decla-

Solutio ratores existit dubō. Nō nulli nāq; magnæ existimationis viri asserunt: ynūquēq; pro sua ipsius salute mētiri posse. Iusurandumq; frangere (freti s. authoritate Chilonis) Qui dū vnu ex septē sapiētibus eēt: falsum testimoniu pro amici salute dicendū esse asserere nō dubitauit: quod si p amico licet: multo magis p se ipso vni cuiq; licebit. Alii vero non minoris authoritatis viri dixerūt: qd Iudice ipso rite omniq; iuris ordine seruato: ad iudiciū pcedēte nullo pacto mentiendū eēt: illo vero peruerse iurisq; ordine turbato ad sentētiā eunte: licere cui libet qūolibet saluti pprīe consulere. Nos aut dīcīmus nullo pacto: nulliusq; emolumēti cā mētiēdū: nec Iusurandū violandū eēt: qd' quidē Aristo. iiiij. ethicorū bona rōne astruit. Dicitur. n. mendatiū ex se malū eēt. Cōsen tiunt aut recte oēs de officiis differentes mortē: paupertatem: dolores: oēsq; calamitates turpitudini p̄fereendas esse. An uero qui corā Iudicibus pro sui salute mentitur: periurus veniat nominādus: ipsi viderint iure consulti: nihil autem impedit authoritas Chilonis: quoniā ipse met anteq; e vita discederet: suam retractauit senten tiā: quod vero Platonis authoritate & rationibus ad ducebatur: nemini sibi met consciē mortem licere: non imus inficias. Verum longe distare putatus se ipsum

vltro necare: & illis quorum Imperio subest si eum ne-
 care uelint obſistere: illud quidem detestabile ſemp eſſe
 cocedimus: pp aduertā Platonis: ac Aristo. rōnē: hoc aut
 ſemper laudabile pp iuſtissimā Socratis demonstratio
 nem. ¶ Sed nō parua hoc loco exiſtit dubitatio: an vide Dubō.
 licet alīcū liceat qñq; mortem ſibi conſciscere: pp nōnul
 lorū Illuſtrium virorum mulierūq; authoritatē: qui
 ne ſcīlicet ſeruitutem ſeruirent: uel ut turpem fugerent
 notam violentas in ſe manus iniecerent: ut de Catone uti-
 tensi. Brutto. Caſſio. Paulo emilio. Lucretia. Portia: &
 quā pluribus aliis apud historicos legimus. ¶ Verg ad Solutio
 hanc dubitationem tantorum virorum pace dixerim:
 nulla bona ratione factum eſſe dicimus: aliquem yiolen-
 tas in ſe ipsum infeſſe manus. ¶ Primo quidem quoniā
 Natura datum eſt omnibus vitam ſibi conſeruare: na-
 turæ igitur auſpicio repugnaret illiusq; regimē omnino
 contemneret: qui præter eius ordinem illius tam p̄tioſo
 munere vltro ſe priuare niteret. Deinde demus ali-
 cui ſe ipsum poſſe negligere: pderetq; ut libuerit. Certe
 non effugiet iniuste facere ſi ex Reip. damnū intulerit.
 Sumus omnes. n. partes membraq; ciuitatis in qua ge-
 nerati nutritiç sumus. Si quis ergo inuita ciuitate ſeip-
 sum perdat: cum ex hoc aliqua ſequatur incommoditas
 Rei. p. nimirum iniuste faciet totam: ſcīlicet uel partem
 ciuitatis turbando: quam nemo niſi diuino numine du-
 ctus: pro aliquo maiori publico bono deſtruere debet.
 Vnde Aristo. v. ethicoꝝ qui ſe ipsum occidit: cōtra legē
 facit: ac iniuriā: & ſi nō ſibi ipſi: ciuitati ſaltē: ita & ciui-
 tas penā coſtituit: & eſt quadam Ignominia aduersus
 illum: qui ſibi morte coſciuit: quia ciuitati Iniuriā fecit.

APOL. SOC. ET ARIST. LIB. III:

¶ Demum nemine sane mentis latere potest: animantium vitam solius dei munus esse: quia sicuti accipere nemo potest sine illius uoluntate: ita nec ponere quisq; debet illius in iussu. Si quis ergo temere ante præfinitum tempus a Natura: vitam sibi molit' eripere: dubio procul ne dum contra deum ipsum agere videtur: eiusq; floccipendit Imperium: sed diuinā sibi videtur usurpare potestatem (ut longis in phedone Plato demonstrat argumentis) Critonis vero rōnes nullo negotio Socrates ipse persoluit. Et ad primā quidē grauiter differuit: non omnes: nec omnium hominum opiniones oportere venerari: sed vnius dūtaxat: timere vituperia & cupere laudes. Eius videlicet qui Iustus sapiens atq; honestus fuerat. Hic et. n. q; nā iusta: queque iniusta sint: & q; appetēda: queque fugienda sint facile nouit. Nā viuere quidē oēs fere appetunt: bene autē viuere: pauci: quod autem pauci volunt: & laudant: id ipsum a bonis iustisq; viris prorsus est appetendum. Nec obstabat Socrati quod Crito afferebat de uilitate aduersariorum: quoniā non illos metuebat: sed patrias leges quae maximi erant mortēti: & supra cuiusq; hominis potestatem. Concedebat etiā Critoni posse quēq; impune permictere ea sibi fieri: quorum maiora contra illos Inimici machinari nequārent: modo iuste fiant: uel ea sine legum iniuria: a se repellere nō valuerit. Ea vero: q; de filiis addebat Crito: pulchre retorsit Socrates: aiebat. n. eius e carceribus fugam: turpē in usturā filiis notā: nec nō magnū illis necessariisq; omnibus damnum allaturā. Cum illis dubio pcul ab iudicibus deputaret. Magnū quoq; imminere

Reip. dāmūm ex eius fuga Socrates plane demonstrabat: sui videlicet exemplo futurū: ut omnes ciues spretis legibus: vñq; starent Iudicatis: quo deterius Civitati legibus recte & gubernate accidere pōt. Ipse quoq; si inde aufugisset alioq; se contulisset ne dū lucrī nihil fecisset. Sed multa eum fuissent detrimenta sécuta: quoq; preci puū quod inuisus omnibus fuisset: ludibrioq; habitus q; timore Iuditii proprias destruxisset leges: alienasq; destructurus accessisset: accusatoribusq; non paruam calumniandi præbuisset causam: accusationemq; hac fuga maxime cōprobasset: facile. n. credere potuissent eum Iuuentutem corrūpere voluisse: qui nullo Reip. respectu habito leges patrias depraueasset. Et de Socrate hactenus. ¶ Aristo: autem defensio in promptu quidē erit. Si quedam prius concedantur a nullo sane mentis homine detractanda: et primo quidem sumo longe detiorem esse causam illius qui in Iuditium vocatus: & carcere ribus detentus: capite dānatus est: q; alterius qui die tantum sibi dicta: nec vincula subiit: nec sententiam de suo capite audiuit. Hic. n. liber est: & omnino sui corporis dominus: & quo ad usum (ut iureconsultorum verbis utar) & quo ad proprietatem. Quod contra accidit illi quem cum Iudices publico recluserint carcere mortis peregissent reum: & Iure: & ysum: & proprietatem sui corporis amississe censendum est. Ut ex librīs politicorū Arist. facile colligi potest. Deinde sumēdum est: naturę legem ducem in omnībus habendam: eamq; sequi oportere: & imitari: modo ciuilis aliqua lex illi nō aduersetur uel illam mederetur: quod quidē a sapientibus pbat: ex eo q; prima yiuētibus lex a natura tributa fuit: q; secuta

fuit ea:quā gétes instituere quā postea Arctiuscōpleſſā
 est priuata lex quā Ciuilē appellant:que cōſensu Ciuiū
 uel a Principe alicui Ciuitati ſit conſtituta . Quæcunq;
 igitur agenda nos natura docuerit:non eſſe repudianda
 (ſi posteriorum aliqua legum illi non obſiſtat) repu-
 gnat ue. Quo confeſſo: patet Aristo. iniquiſiſme ab ca-
 lumniatoribus impeditum:nec minus prudēter q; iuste
 fuſſe eum iñſidiosam. Iniquor; iudicū declinauit accu-
 ſationem. Primū quidem obſecutus eſt Principi illi na-
 turæ legi:quæ ciuilibet Imperat viuenti ſe vitā corpusq;
 tueri nulla pſertim neq; gētiūm:nec eius reip. lege in eo
 caſu repugnante:moderante ue:& pſertim cū Athenien-
 ſium legib; nō iurauerat (nō.n. Atheniensis erat) &
 quoniā dies tantum ei dicta fuerat : nec carceribus erat
 detentus:nec capite damnatus ſui corporis libera uti po-
 terat rōne:cum nec uſum:nec illius amiserat pprietatē.
 Natura igif duce & iuste:& prudēter vir ille Sapiētissi-
 mus & prauor; hominum accusationē:& iniquor; Iudi-
 cum ſententiā declinauit. Præſertim cum legib; Athe-
 niensib; non erat obligatus:velut Socrates . Doctus
 præcipue retenti Socratis exemplo:qui ſua integerrima
 frētus cōſcientia Iudicū ſententiæ ſe cōmictere nō dubi-
 tauit:quod cū illi male ceſſiſſe:vidiſſet prudens Aristo.
 vaphre ſapiēterq; ſibi cōſuluit:ſpretaq; deſenſione quā
 de ſe ipſo iam aggrefſlus erat : aufugit . Illud continuo
 proferens: nolle ſe cōmictere Athenienses in Philoſo-
 phum bis errare :

In Niphano finis die Tertia
Augusti.M.D. XXV.

¶ Expliciunt Eutyci Augustini Niphī Phylothei Me
dicæ Philosophi Suesiani profundissimí : de Armo
rum Literarumq; comparatione : & de In-
micitiarum Lucro Cōmentarioli : et
Apologia Socratis : et Aristó
telis . Cunctis mendis
expurgati .

¶ Matheus Martinellus Grauinas Bonarum
Artium professor correxit.

¶ Absolutum est hoc opus Neapolí Anno: a Virgineo
partu. M. D. X X V I . Octauo Idus Maii.
Per Solertissimum Artis Impressoriæ
Virum Dominum Euangelistam
Papieñ, Heredem Condam
M. Sigismūdi Mayr:
Theutonici,

